

2

# ANDRONICI RHODII QUI FERTUR LIBELLI

## ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ

PARS ALTERA DE VIRTUTIBUS ET VITIIS

---

NOVIS CODICIBUS ADHIBITIS EDIDIT, PROLEGOMENA CRITICA  
SCRIPSIT, QUAESTIONES DE STOICORUM VIRTUTUM  
DEFINITIONIBUS ADIECIT

CAROLUS SCHUCHHARDT

---

DARMSTADIAE  
FORMIS C. F. WINTERI  
MDCCCLXXXIII



**ANDRONICI RHODII QUI FERTUR LIBELLI**

**ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ**

**PARS ALTERA DE VIRTUTIBUS ET VITIIS**

---

NOVIS CODICIBUS ADHIBITIS EDIDIT, PROLEGOMENA CRITICA  
SCRIPSIT, QUAESTIONES DE STOICORUM VIRTUTUM  
DEFINITIONIBUS ADIECIT

**CAROLUS SCHUCHHARDT**


---

—

**DARMSTADIAE**

**FORMIS C. F. WINTERI**

**MDCCCOLXXXIII**



**FERDINANDO STÜMCKE**

PATRIS LOCO VENERATO

**CURTIO WACHSMUTH**

PRAECEPTORI CARISSIMO

S.



Multi his temporibus enituntur et efficiunt, ut res variae ac multiplices in lexicis florilegiis excerptis congestae tandem discernantur atque ad suum quaeque fontem auctoremve revocentur.

Idem in explicanda Stoicorum philosophia apud Stobaeum Laertiumque Diogenem enarrata instituens nuperrime Hirzelius publici iuris fecit librum, cuius altera pars inscribitur «die Entwicklung der stoischen Philosophie». Quo in volumine quamquam haud pauca nova luce illustrantur, tamen in universum prae mature haec res videtur esse suscepta. Sat multa enim inveniuntur quae ab auctore absoluta non sint neque omnino adhuc absolvii possint. Nam ad totam Stoicorum doctrinam qualis exorta progressa perfecta sit depingendam imprimis necesse est omnes quae ad eorum sententias pertineant reliquiae et colligantur et disponantur. Atque disponendae sunt ita, ut quomodo singuli eius sectae philosophi inter se dissenserint appareat. Quod opus spero fore ut hoc quoque opusculo paululum proficiat.

Etenim Andronici Rhodii qui fertur libellus *περὶ παθῶν* perraro adhuc est adhibitus, quia tantis sordibus iacebat obrutus, ut plerique eum antiquo tempori tribuere non ausi medio aevo ab Andronico Callisto confectum esse arbitrarentur. Sed iniustissime eos de libello iudicasse iam demonstratur codice quem indagare mihi contigit saeculo X scripto Coisliniano 120. Is enim cum vetustate statim suspicione illas deprimit tum prorsus aliam et priorem sincerioremque recensionem exhibit quam omnes ceteri codices editionesque. Hoc primario subsidio quod uti mihi licuit eximiae debo liberalitati Alfredi Schoenii, qui intercedente Wachsmuthio codicem accuratissime in usum meum contulit.

Editores sat diligenter secuti sunt editionem principem ab Hoeschelio curatam, nisi quod nonnullos locos coniecturis tam lenibus quam levibus sanare studebant. Hoeschelius vero Augustae Vindel. anno 1593 libellum edidit e duobus codicibus, de quibus nihil dicit nisi alterius apographum a Maximo Margunio Episcopo

se accepisse, alterum ab Andrea Schottio ex Hispania missum et secum a Frid. Sylburgio communicatum esse. Quorum alter fortasse idem est Parisinus 2131 (D) quem ipse contuli, alterius lectiones, quotquot in margine illius editionis additae sunt, admodum conspirant cum Monacensi 558 (M).

Hanc Hoeschelii editionem Heinsius anno 1617 paraphrasi in Aristotelis ethicam eidem Andronico tributae adiunxit. Quem textum vix immutatum denuo excusserunt et Gaisfordus anno 1809 et Mullachius in fragm. philos. Graec. tom. III a. 1881.

Ut intellegamus qua ratione libellus in integrum sit restituendus, primum quomodo ipse conformatus sit, deinde quid codices valeant exponendum est. Dividitur libellus in partes duas, quarum altera de affectibus, altera de virtutibus vitiisque est. Quae non magis inter se differunt rebus de quibus agitur, quam ratione qua tractantur et fontibus e quibus haustae sunt. Initio primae particulae definitur *πάθος* et distribuitur in quattuor genera λύπην φόβον ἐπιθυμίαν ἥδονήν, quorum cuique multae nec minus accurate definitae subiunguntur species; sub finem similes adduntur εὑπαθείας partitiones et definitiones. Quae omnia ita inter se apta colligataque sunt, ut ex uno fonte videantur esse exhausta.

Cum hac affectuum expositione prorsus non conexa est altera libelli particula qua de virtutibus vitiisque agitur. Qua de causa cum nihil obstet, quominus seorsum utraque edatur et tractetur, priore missa de sola posteriore agere est in animo<sup>1)</sup>. Haec autem particula non modo non cohaeret cum illa, sed etiam longe aliter comparata est. Excerpta enim sunt compluria philosophorum scripta, praecipue commentatio περὶ ἀρετῶν καὶ κακῶν, quae Aristoteli vulgo tributa et inter huius scripta legitur<sup>2)</sup> et a Stobaeo in florilegium (I. 18) recepta est. Atque totam hanc dissertationem in suum usum vocavit Andronicus mutato tantum ordine rerum tractandarum. Apud Ps. Aristotelem enim disputatio ita procedit, ut edicto virtutem omniaque quae cum

<sup>1)</sup> Proxima hieme cum seminarii philologi Heidelbergensis sodalibus huius libelli tractandi certamen esset propositum, et mea et X. Kreuttneri dissertatio praemio dignae sunt iudicatae. Atque ne altera alteram reddat supervacaneam, in persequendo opere ita provincias inter nos partiti sumus, ut ille enuclearet quid de affectibus censendum esset, ipse mallem spectare virtutes. <sup>2)</sup> cf. edit. Acad. Boruss. II p. 1250—52.

ea cohaereant esse laudanda, contraria vituperanda, primum ex Platonis tribus animi partibus quinque deriventur et virtutes et vitia: φρόνησις, πραότης, ἀνδρεία, σωφροσύνη, ἐγκράτεια. — ἀφροσύνη, δργιλότης, δειλία, ἀκολασία, ἀκρασία, toti animo tres tribuantur virtutes totidemque vitia: δικαιοσύνη, ἐλευθεριότης, μεγαλοφυχία. — ἀδικία, ἀνελευθερία, μικροφυχία. Ex Platonica igitur animi partitione Aristotelicae hic ducuntur virtutes. Deinde, ut quasi index rerum tractandarum praemittatur, octo virtutes octoque vitia uno quaeque enuntiato definita enumerantur, denique eodem ordine quid cuiusque proprium sit describitur.

Andronicus vero qua ratione has definitiones descriptionesque adhibuerit iam videamus. Primum recepit quae initio leguntur (pag. 19. 1): Ἐπαινετὰ μὲν ἔστι τὰ καλὰ usque ad verba φεντὰ δὲ τὰ ἐναντία (5); hic vero inseruit quae aliunde petivit: εἰδη ἀρετῆς τέσσαρα: φρόνησις· σωφροσύνη· ἀνδρεία· δικαιοσύνη atque earum definitiones (pag. 19. 10 — 20. 2).

Quibus interpositis ad Ps. Aristotelis dissertationem reversus attulit virtutum partitionem: Τριμεροῦς δὲ τῆς ψυχῆς λαμβανομένης κατὰ Πλάτωνα (pag. 20. 4) usque ad verba καὶ ἡ μικροφυχία (pag. 20. 14).

Singulas vero virtutes non duabus, ut Ps. Aristoteles, locis definivit, sed quae de quaue dicenda erant uno tenore protulit. Itaque in πραότητι, ἐγκράτειᾳ, ἐλευθεριότητι, μεγαλοφυχίᾳ, omnibus vitiis describendis ad breviorem Ps. Aristotelis definitionem (4. 3, 4, 7. 12-14, 9. 16, 17, 10. 9, 10) simpliciter adnexit uberiorem (4. 6-10, 7. 14-17, 9. 17-10. 8, 10. 10-16); in φρονήσει tamēn, σωφροσύνῃ, ἀνδρείᾳ, δικαιοσύνῃ exponendis non acquievit in Ps. Aristotelis verbis: immo harum virtutum ita quamque tractavit, ut initio quidem breviorem Ps. Aristotelis definitionē afferret, deinde vero multas virtuti de qua agebatur subiceret partes, ipsasque partes deinceps plena definitione instrueret. In fine denique alteram posuit Ps. Aristotelis definitionem. Ps. Aristotelis igitur verbis utrumque includuntur quattuor illarum virtutum partitiones partiumque definitiones aliunde utraeque petitae. Neque unde petitae sint, et cur Ps. Andronicus has virtutes solas partiverit, praeterea Ps. Aristotelis verba non dilataverit, difficile est dictu. Φρόνησις enim, σωφροσύνη, ἀνδρεία, δικαιοσύνη Stoicorum sunt virtutes generales, quibus omnes ceteras, etiam πραότητα, ἐγκράτειαν, ἐλευθεριότητα, μεγαλοφυχίαν subditas esse docebant. Horum igitur doctrinam

secutus quattuor illis virtutibus multas species subiecit Ps. Andronicus, ceterarum descriptiones non habuit quo amplificaret. Atque tam religiose et Aristotelis vestigia pressit et quas Stoici subiungebant virtutes recepit, ut ἐγκράτειαν, ἐλευθεριότητα, μεγαλοφυχίαν, quas ipse Aristotelem secutus virtutes principales esse voluit, alio loco Stoicorum more subiceret σωφροσύνη, δικαιοσύνη, ἀνδρεία. Ideo factum est ut ἐγκράτειαν, ἐλευθεριότητα, μεγαλοφυχίαν pag. 24. 18 sq., 26. 11 sq., 27. 3 sq. secundum Aristotelem, pag. 24. 3, 25. 9 sq., 22. 17 sq. secundum Stoicos definitas legamus. Itaque statim intellegimus eum qui diversorum philosophorum doctrinas tam sine ullo iudicio commiseret, non philosophum fuisse, sed compilatorem. Ab Andronico Rhodio vero, qui colligidis et explicandis Aristotelis scriptis memoriam apud posteros adeptus est, consutum esse istud opusculum pluribus refutare supervacaneum est.

De prioris particulae auctoritate inquirere non meum est.

Iam perlustremus subsidia quibus textus constituendus est. Atque primum tractandi sunt codices in quibus Andronici libellus legitur, deinde qui Aristotelicam commentationem exhibent. Illius generis quinque adhibui libros; ceteri qui innotuerunt mihi, sed nondum excussi sunt codices omnes saec. XV vel XVI scripti sunt, ita ut novi aliquid ab iis praebitum iri non sit quo expectemus<sup>1)</sup>. Ex codicibus enim a me collatis satis appareat, quam arte illius temporis libri inter se cohaereant. Adhibiti autem a me sunt hice:

C cod. Coisl. 120 membran., saec. X. Fuit olim Laurae sancti Athanasii in monte Atho. Ab Alfredo Schoenio, ut supra (p. 5) iam dixi, accuratissime collatus est. Re vera autem eum saec. X. exaratum esse et Montefalconii descriptione (Catal. bibl. Coisl. p. 194) et Crameri ad Anecdota Parisina addita adnotatione (I. p. 403) et ipsius Alfredi Schoenii examine certissime probatur. C breviorem exhibit textum, quam ceteri codices, solusque praebet particulam qua de vitiis agitur; neque tamen ipse ceterorum archetypus est, nam lacuna qua C pag. 741 Heins. laborat in ceteris non invenitur. Ibi enim βαρυθυμίας definitio omissa est, quamquam supra (740 Heins.) haec virtus commemoratur atque εἰδη λόπης numero κε' esse dicuntur.

1) Sunt autem Escurialenses 96, 206, 541, 563 (in hoc codice exstat «fol. 1: περὶ παθῶν ψυχῆς par Andronic de Rhodes, fol. 37: nouvelle copie du premier traité d'Andronic avec ce titre: "Ἐτερὸν ἀντίγραφον περὶ παθῶν ὀλίγον ὅμοιον τοῦ ἄνωθεν» cf. Miller catal. bibl. Escur. pag. 490).

**D** cod. Parisinus 2131, chartaceus, saec. XVI, a me collatus. Hic solus exhibet definitiones κατὰ Χρύσιππον inscriptas (pag. 27 sq.), quae eaedem leguntur in Hoeschelii posteriorumque editionibus. Etiam aliis locis D omnium próxime accedit ad illam editionem (cf. 20. 24 εἰς τὸ μέλλον, 22. 15 προχείρως, 23. 8 δύσπληκτον). Ubi discrepat non neglegendum est editorem aut coniectura contextum emendare studuisse (velut pag. 19. 1 verba Ἐπαινετά usque ad ὄμολογονμένη, pag. 19. 6-9 interpolationem ὅρος ἀρετῆς κτλ. expunxit), aut ex altero suo codice, cuius lectionum initio libelli paucas addidit, alienam scripturam hausisse (velut p. 739 Heins. φυγῆς (post ἐπικαίρου), ubi D δόξης, p. 740 Heins. in ζήλους defin. ἐπ' ἀγαθῷ καὶ κακῷ, quod D om.).

**M** cod. Monac. gr. 558, chartaceus, saec. XVI, manu Andreæ Darmarii, a me collatus. Non ita multum distat a D, nisi quod definitiones κατὰ Χρύσιππον omittit. Huic libro simillimus erat alter qui ab Hoeschelio adhibebatur codex, cuius lectiones in margine editionis additae fere omnes congruunt cum M (cf. p. 739 Heins. διάθεσιν, τῇ om., φ ὁμ., 740. τῶν ἑτέροις, ἐπί, 741. ως . . γεγόνασι, ἀγόμενον (?) ἀγομένου M) 742. φαντασίας, 743 καὶ καλῶν).


**N** cod. Monac. gr. 306, chartaceus, saec. XVI, manu Andreæ Darmarii, ex bibl. Photii, a me collatus. Hie codex descriptus est ex M, nam non solum in apertissimis vitiis cum eo congruit (velut pag. 743 Heins. διοιδοῦσα. πίκρια δὲ ὀργὴ παραχρῆμα om., ibid. πόθος δὲ ἐπιθυμία κατὰ ἔρωτα ἀπόντος om., 21. 7 sq. οἰκονομικῆς defin. om.; 743 Heins. ἐπιρητορική, ibid. ἀντίτηξιν, 22. 15 προχείροις . . . ἐπομένην ἄλογος αἱρεῖ, 25. 9 προθέσει, 26. 13 διαφύλευσθαι), sed etiam ubi discrepat, M semper meliora praebeat, cum N aut manca aut depravata exhibeat verba (velut 740 Heins. ἡ ζῆλος μακαρισμὸς ἀστειότητος om., 21. 10 sq. διαλεκτικὴ δὲ ἐπιστήμη τοῦ εὗ διαλέγεσθαι [ρήτορικὴ δὲ ἐπιστήμη τοῦ εὗ διαλέγεσθαι] ρήτορικὴ δὲ ἐπιστήμη τοῦ εὗ λέγεν, atque similiter 19. 4 τὰ παρεπόμενα [ἀντοῖς καὶ τὰ γινόμενα] αὐτοῖς καὶ τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτῶν, in quibus quae inclusi omittenda erant, — 21. 14 αἱρετικά). Contra eorum quae in N meliora legi videantur paucissima exstant exempla, eo facile explicanda, quod librarius in describendo codice nonnulla vitia corrigere studebat (cf. pag. 739 Heins. ἄλογος, ubi M ἄλλογος, 741 Heins. βαρυθυμία, ubi M παρυθυμία, 744 Heins. καταδηλοῦσα, ubi M καταδοῦσα, 20. 16 ἔστι δὲ φρόνησις μὲν ἀρετὴ, ubi M ἡ φρόνησις

δέ ἔστι μὲν ἀρετή.). Itaque quoniam ex hoc libro nil novi discimus, lectiones eius non adnotavi nisi paucis locis quibus ad illu-strandam codicis L lectionem ex re esse videbatur.

L cod. Oxon. Laud. 15, saec. XVI, ex manuscriptis Isaaci Casauboni. Originem sine dubio refert ad N, quocum vel in minutissimis prorsus concinit, cum in iis quibus MN mire inter se consentire dixi-  
tum etiam in peculiaribus codicis N scripturis (cf. quaē de pag. 19. 4 modo attuli). Leviores discrepantiae (velut 743 H. Ἰμερος δὲ ἐπιθυμία φίλου ἀπόντος N, Ἰμερος δὲ φίλου ἀπόντος ἐπιθυμίᾳ L, ibid. δεδουλωμένη. Φιληδονία δὲ om. L, 26. 6 δικαιοσύνης N, τῆς δικαιο-  
σύνης L, 26. 13 εἰς δέοντα N, εἰς τὰ δέοντα L) facile irrepere pote-rant. Sed ne L ex ipso N descriptum esse censeamus facit οἰκο-  
νομικῆς definitio (pag. 21. 7), quae in MN omissa extat in L. Ita-que inter N et L alias intercedit codex x cui οἰκονομικῆς definitio aliunde adscripta erat, nisi eam in L ab ipso librario sive ex alio codice adiectam sive ad similitudinem antecedentis πολιτικῆς defi-nitionis suppletam esse putare mavis.

Quae cum ita sint ne apparatus oneraretur semper tribus litteris MNL scribendis ubi una M idem valeret, ne codicis L quidem lectiones fere usquam adnotavi.

Omnes vero huius familiae codices qua ratione inter se co-haereant, dilucidius iam ostendetur stemmate apposito:



Facile iam apparent quomodo recensio instituenda sit. Etenim alterius familiae libri ita retractatum praebent textum, ut modo certa via ac ratione genuina verba sint mutata, modo temere multi-

plices res hinc illine decerptae sint illatae. Huius generis est moles secundarum tertiarumque definitionum quae uni genuinae additae sunt, nec non quae prorsus novae accesserunt (velut πράγματική, ἡθική pag. 21) multaeque aliae mutationes; illius vero sunt inscriptiones ὅροι τῶν εἰδῶν per priorem, περὶ ἀρετῆς, περὶ σωφροσύνης κτλ. per posteriorem libelli partem adscriptae, nec minus quod pro οἰκεῖαι, σύμβωμοι δὲ αὐτῆς semper scriptum est οἰκεῖαι, σύμβωμοι δὲ αὐτῆς (pag. 20. 18, 22. 11 sq., 23. 18, 25. 7).

Quae omnia a genuina libelli forma aliena esse haud dubitanter iam possumus contendere uno adhibito egregio Coisliniano, qui innumerabiles locos miserrime corruptos et obscuratos clarissima luce collustravit. Qua re grato animo confiteamur hoc uno codice nitendum eiusque scripturam esse retinendam, quoadcumque salva ratione fieri possit. Nonnullis quidem locis ex DM verum restituendum est, velut p. 740 H., ubi πράγματι et p. 741 H., ubi βαρυθυμίας defin. omittit C, pluribus easdem C exhibet corruptelas quas DM, velut 19. 17 ἀρετῶν καὶ οὐκ ἀρετῶν, 22. 10 περὶ φύσεων ἡ Θάνατον, 24. 14 sq. φύσεισθαι τὰ περὶ τὸν βίον, 26. 11 εὐδαιμόνος, quae aut codicibus commentationis Aristotelicae adhibitis aut conjectura sanandae sunt. Quin etiam tales quales in DM deprehendimus interpolationes nonnullae usque in optimum codicem patescunt. Nam cum inscriptiones in DM extantes a genuino textu abhorrire demonstratum sit, etiam μέρη τῆς ψυχῆς (pag. 20. 3), quod et per se ineptum et omissum est in DM, et περὶ κακῶν (pag. 28. 11) et περὶ ἀγελευθερίας (pag. 30. 19) delenda erunt. Similiter verba ἔστι δὲ ἀρετὴ ἔξις ὁμολογουμένη (pag. 19. 5), verba ἡ περὶ τὰς πράξεις ἔχουσα τὸ βέβαιον κτλ. in εὐταξίας definitione (pag. 24. 8 sq.), definitiones ἀνδραγαθίας (pag. 23. 6) et εὐγνωμοσύνης (pag. 25. 14), secludenda esse infra exponetur.

Hac igitur ratione adhibendi sunt qui totum libellum exhibent codices CDMNL, atque his subsidiis solis nitimur in eis partibus quae a Ps. Andronico additae sunt ad Ps. Aristotelis commentationem περὶ ἀρετῶν καὶ κακῶν. Haec ipsa vero commentatio quibuscumque locis exscripta est auxilio vocanda sunt eiusdem verba inter Aristotelis opera tradita. Atque ad haec corrigenda vel certe examinanda et illustranda adhibebitur commentationis contextus qui in Stobaei florilegio legitur permultis locis singulari lectione insignis. Itaque antequam Ps. Andronici libellum ex Ps.

Aristotelis commentatione emendare studemus, scrutandum est **qua** ratione genuina huius verba recuperemus.

Primo loco tractandi sunt codices manuscripti in quibus singularis legitur commentatio, nam singularis sine dubio exstitit, antequam a Stobaeo in florilegium recipiebatur et a Ps. Andronico Stoicorum placitis exornabatur. Horum vero codicum permagnus in bibliothecis adservatur numerus, velut in Regia Parisina codd. 963, 1038, 1045, 2381, 2755. Quinque tamen quibus uti mihi licuit hi sunt:

**P** cod. Palat. (Heidelb.) gr. 132, chart., saec. XV.

**H** cod. Monac. gr. 495, chart., saec. XV.

**F** cod. Monac. gr. 102, chart., saec. XVI:

**G** cod. Monac. gr. 289, membran., saec. XV.

**R**. cod. Oxon. Rawl. 93, membran., saec. XV. Continet praeter textum graecum versiones et latinam et anglicam.

Qui libri omnes ex eodem archetypo originem ducunt. Per multis enim locis vel in apertis vitiis inter se consentiunt, velut pag. 23. 12 καὶ αἱρεῖσθαι καὶ δύνασθαι, 24. 14 φοβεῖσθαι καὶ τὴν δικαιίαν ἀδειαν, 25. 1 ἀπολάθεις καὶ ἡδονάς, 26. 4 πρώτη τῶν δικαιοσύνων πρός, 27. 4 καὶ εὐτυχίαν . . καὶ τιμήν, 28. 20 ῥάθυμία, 28. 21 ὀλιγωρήσεις, 29. 10 ἀπονία, 30. 12 ἀγαγόντες, 30. 17 φιλανθρωπία, 31. 16 δὲ ἔστι οὐκ scribunt, p. 21. 18 καὶ ἐπιδεξιότης καὶ εὐβουλία, 26. 14 καὶ φιλάνθρωπον, 27. 11 καὶ γενναιότης, 29. 18 τρυφή· ῥάθυμία, 30. 14 ἔθη omittunt, p. 29. 6 καὶ μάλιστα addunt.

Sed intra hanc generalem affinitatem singulae atque artiores necessitudines discerni possunt. Peculiariter enim vinculo coniuncti sunt codices PH, quorum uterque in enumerandis virtutum actionibus semper addit numeros, velut pag. 29. 14 sqq. hoc praebent: πρώτου τὸ αἱρεῖσθαι τὰς ἀπολάθεις . . δεύτερον καὶ τὸ ὑπολαμβάνειν . . τρίτον καὶ τὸ φιλογέλοιον εἶναι· τέταρτον καὶ τὸ φιλοσκόπην· πέμπτον καὶ φιλεντράπελον· ἕκτον καὶ τὸ ῥαδιουργὸν κτλ. Ex quo exemplo simul appetit interpolatoris esse hanc numerandi rationem, aliter molestum illud καὶ non extaret. Patet vero illa atio in utroque codice per totum libellum (cf. quae ad pag. 28. 13 in apparatu critico attuli). Sed etiam aliis locis adversus ceteros libros PH persaepe propriam tinent lectionem (velut pag. 22. 1 sq. δυσκίνητοι εἰσὶ πρὸς ὅργας τε καὶ τιμωρίας, pag. 23. 17, 24. 18 omittunt verba ἀγόρευτοι γίνονται τῶν περὶ τὰς ἀπολάθεις φαύλων ἡδονῶν).

Ἐγκράτεια δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ καθ' ἥν, p. 29. 12 sq., 20 sq. 30. 6 verba καθ' ἥν ὀρεκτικοὶ γίνονται τῶν περὶ τὰς ἀπολαύσεις ἥδονῶν φαύλων. Ἀκρασία δέ ἐστι κακία . . . καλέοντος τοῦ λογισμοῦ. Ἀδικία δέ ἐστι κακία φυχῆς om., 25. 4 διανεμπτική, 26. 11 ἀδάπανος, 23. 12 ποιεῖν, 25. 25 διανεμιτικόν, 30. 9 κατοιχουμένους habent, multa alia). Rare inter se discrepant, ita tamen, ut modo hic modo ille omittat quod in altero legitur, velut in uno H pag. 31. 12 καὶ εὐτυχίαν, pag. 21. 17 ἔχειν deest. P igitur non descriptus est ex H. In vicem P pag. 23. 13 sq. non inserit καὶ τὸ θράσος, quod exstat in H.


Itaque quamquam alterum ex altero manasse non licet statuere, iure tamen fratres germanos eos appellaveris ab eodem utrumque patre ortum.

Similiter inter se conēxi sunt FG, qui haud raro singularia ambo tuentur, velut 23. 9 εὐθαρσεῖν, 26. 17 ἦδιόν τι; 26. 4 sq. εἶτα τὰ πρὸς δαίμονας om. Nihilominus neuter ex altero descriptus est, nam G om. pag. 24. 12 τὰς ἀπολαύσεις, pag. 29. 14 τὸ αἴρεσθαι et similiter in F desunt pag. 20. 5 sq. φρόνησις· τοῦ δὲ θυμοειδοῦς ἢ τε πραστῆς καὶ ἡ ἀνδρεία· τοῦ δὲ ἐπιθυ (sic), pag. 28. 12 sq. λογιστικοῦ αἰτία τοῦ ζῆν κακῶς, 28. 18 Ὁργιλότης δέ ἐστι κακία τοῦ. Sed ex eodem ambo fonte fluxerunt.

Quintus qui restat liber R prope accedit ad FG libros, quibuscum saepe concinit contra PH (cf. 22. 1 sq. ὑπὸ ὀργῆς, 26. 17 ἦδιον, 27. 3 δύναται, 30. 2 ὑπολαμβάνοντα, 30. 17 sq. προσποίητος, 31. 2 ἐστὶ add.). Ex uno tamen loco egregie efficitur etiam inter eum et codices PH necessitudinem quandam intercedere. Eadem enim verba pag. 29. 13, 20 sq. in R praetermissa sunt et in HP, qua ex re appareat et R et PH libros derivatos esse ex codice (x) qui hac una lacuna corruptus in ceteris simillimus erat patri codicum FG. Reliqua igitur quae librorum PH propria sunt, nondum legebantur in x, sed alio debentur libro x<sup>2</sup> qui ab x derivatus numeris instructus pluribus lacunis infectus adhibebatur a librariis codicum PH.

Itaque totius familiae ratio haec est:

archetypus



Sed ad genuina commentationis verba restituenda non parvi momenti est contextus quem codices Stobaei florilegium continent praebent, praesertim cum tres huius generis libri, quorum collationes O. Hense, professor Friburgensis, benignissime mihi supeditavit, vetustate ceteris multo praestent. Sunt autem hi:

**S** cod. Vindob. philos. philol. gr. 67 saec. X.

**E** cod. Escur. n. **Σ** II 14, saec. XI sive XII.

**A** cod. Parisin. 1984, bombycinus, saec. XIII, a Gaisfordio ad Stobaei editionem adhibitus, nunc denuo ab O. Henseo collatus.

Ex his igitur codicibus nobis restituendus est textus eius exempli ex quo Stobaeus commentationem desumpsit; neque id difficile, nam raro tantum neque graviter inter se discrepant codices SEA eandem hic secuti legem quam per totum Stobaei florilegium regnare audio: ut nullus codex praefracte sit praferendus, immo modo hic modo ille servaverit verum. Codex S enim, qui vel propter vetustatem ex ceteris libris non pendet, ita propriam multis locis exhibet lectionem, (cf. p. 23. 9, 11, 24. 13, 19) ut EA libros **ex** illo manasse cogitari nequeat. Inter se tamen codices EA multo artius cohaerent quam cum S. Nihilominus ne A quidem ex **E** derivatus est, nam hic solus p. 25. 4 sq. omittit verba ἀρετὴν ψυχῆς διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν.

Permultis autem locis adversus codices PHFGR inter se prorsus concinunt libri SEA, atque, ut vetustiores, plerumque meliorem vel unice veram servaverunt lectionem, velut omnibus illis locis quibus nisus codices PHFGR ex eodem archetypo fluxisse supra demonstravi (cf. pag. 12). Eis tantum paucis locis refutanda est lectio codicum SEA ubi interpolatio in his libris agnoscenda est, velut quae in ὀργιλότητος definitione (pag. 29. 3) extant verba τὸ ἐπὶ πικροῖς λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι a scriptoris sententia abhorrent. Est sane iracundi ut parvis rebus doleat, sed parvis rebus gaudere minime cadit in eum. Is in quo hoc fit sani atque sinceri est animi, ὀργίλος tamen, cuius πικρία et βαρυθυμία propriae sunt (cf. pag. 28. 19 sq.), vel magnis vix gaudebit. Itaque verba καὶ ἥδεσθαι pro interpolatione sunt habenda.

Similiter se habent pag. 27. 5 καὶ εὐψυχῶς, 29. 2 καὶ ἡ μεταμέλεια, 31. 19 ἡ ἄγοιαν, 32. 5 καὶ τὸ μισεῖν τοὺς κακοὺς, 32. 7 μνήμη ἀγαθὴ, 32. 10 καὶ παρακολουθεῖ τὰ ἐναντία αὐτῇ. Exemplum igitur quod adhibuit Stobaeus, quamquam singulorum ver-

borum scripturas sincerius reddebat, interpolatione tamen corruptius erat quam libri saec. XV et XVI scripti qui hodie Ps. Aristotelis commentationem singularem praebent.

Hoc loco mihi commemorandus est Iusti Velsii in Aristotelis de virtutibus et vitiis librum commentarius (Colon. 1551). Textus enim commentationis Ps. Aristotelicae qui in hoc commentario typis expressus est medium obtinet inter editionem Aristotelicam et Stobaeanam, i. e. inter codices PHFGR et SEA, cum in universum concinat cum illis, haud paucis tamen locis, atque eis praecipue quos modo dixi interpolatos esse, horum lectiones exhibeat. Neque vero codicem quandam ex utraque traditionis familia conglutinatum adhibuit Velsius, sed ex ipso Stobaei libro ea petivit quae cum codicibus SEA consentiunt. Nam quamquam in præfatione de his rebus silet, in commentario pluries dicit se Stobaeum adhibuisse saepeque eius lectiones prætulisse<sup>1)</sup>. Itaque ne singulari quidem Velsii textu infrigitur quod de duarum traditionum discrepantiis exposui.

Iam vero ad eam rem pervenit disputatio cuius causa suscepta est. Quaeritur enim textus e codicibus PHFGR SEA restitutus quidnam valeat ad genuina Ps. Andronicī verba detegenda. Tertiam in huius libello habemus traditionem, nam non exemplum solum ab Andronico exscriptum discrepuit a codicibus et PHFGR et SEA, sed ipse etiam compilator nonnulla immutavit.

Per totum enim libellum pro genuino πραότητος, σωφροσύνης κτλ. δέ ἔστι apud Andronicum legitur ἔργα δὲ αὐτῆς, ἔργα δὲ τῆς σωφροσύνης, ἀνδρείας κτλ., id quod novo disputationis ordine adductus sine dubio ipse compilator scripsit. Nam in dissertatione Aristotelica ubique dicitur πραότητος δέ ἔστι κτλ. proxime antecedit alius virtutis descriptio. Novae igitur iam exponendae nomen iure cum vi quadam in initio positum est. Andronicus tamen pleniorum Aristotelis definitionum cuique praemisit breviorem, ita ut ubi illas ponebat non ad novam virtutem explicandam accederet, sed eiusdem quam modo tractabat descriptionem absolveret. Qua de causa cum non nomen virtutis sed actio efferenda esset, suo iure Andronicus ἔργα δὲ αὐτῆς, sive post insertas singularum vir-

<sup>1)</sup> velut pag. E2v Velsius dicit: ἀπο Stobaeum unde nonnulla hic restituimus loco δεινότητος male legi δεξιότητα (cf. pag. 21.18) et similiter pag. F3r, J6v etc.

tutum definitiones ἔργα δὲ τῆς φρονήσεως, ἀνδρείας, σωφροσύνης, δικαιοσύνης scripsit.

Quodsi omnino concedendum est Andronicum se mutatione non abstinuisse, fortasse etiam in aliis discrepantiis eius manus est agnoscenda, praecipue pag. 32, ubi tota peroratio est omissa, pag. 19.2 sq. ubi ὡστε ἐπαινεταὶ μὲν αἱ ἀρεταὶ insertum, pag. 23.11, ubi pro τὸ νίκης αἴτιον εἶναι scriptum est καὶ τὸ νίκης αἴτιον διὰ παντὸς γίνεσθαι, pag. 26. 15 sq., ubi pro ἔστι δὲ ὁ ἐλευθέριος .. καθάριος .. κατασκευαστικὸς .. θρεπτικὸς legitur ἔτι δὲ τὸ .. καθάριον .. κατασκευαστικὸν .. θρεπτικόν, et simillime pag. 31.17, ubi pro τοιοῦτός ἔστιν ὁ μικρόφυχος οἷος extat τοιοῦτον εἶναι οἷον. Ceterae quae codicis C propriae sunt lectiones nescio an ad codicem a Ps. Andronico adhibitum referendae sint. Interpolationes librorum SEA (27.5, 29.2, 3, 31.19) quibus vacui sunt codices PHFGR non inveniuntur in C. Quin haud pauci sunt loci quibus nonnulla verba in ceteris libris tradita recte, ut videtur, omittantur in C. Etenim etiamsi concedo pag. 28.14, ubi omittit verba τὸ ὄμιλησαι κακῶς τὸ χρήσασθαι κακῶς et pag. 30.14 sq., ubi desunt καὶ τὰ νόμιμα (quae 26.1 non omittuntur) corruptas esse huius codicis lectiones, neque ignoro verba εἰτα τὰ πρὸς δαίμονας et καὶ περὶ δαίμονας (26.4 sq., 30.8) deleta esse a piis monachis, qui paganorum religione libros suos inquinari arbitrarentur<sup>1)</sup>, tamen pag. 19.4 sq., 29.10 sq., 30.5, 31.15 sq. non lacuna C, sed interpolatione alios codices corruptos esse nihi persuasi.

Pag. 19.3 sq. enim verbis τὰ αἴτια τῶν ἀρετῶν καὶ τὰ παρεπόμενα αὐταῖς καὶ τὰ γινόμενα ἀπὸ αὐτῶν omnia commemorata sunt quae ullo modo cum virtute cohaerent: quae ei antecedunt, quae eam comitantur, quae ab ea profiscuntur; neque unquam infra plures his afferuntur partes. Immo èadem partitio recurrit ubi de φρονήσει dicitur. Ibi enim (pag. 21.18 sqq.) quae enumerantur ἀπὸ τῆς φρονήσεως sive μέρη et παρεπόμενα (cf. 21.19 παρέπεται) sive παραίτια prorsus respondent illis αἴτια et παρεπόμενα dictis, ita ut quae restant (21.13 sqq.) ἔργα τῆς φρονήσεως eadem sint atque τὰ γινόμενα ἀπὸ αὐτῶν. Quocirca cum pag. 19.4 verbis καὶ τὰ γινόμενα ἀπὸ αὐτῶν et καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν bis idem dicatur, posterius enuntiatum, quod in codicibus SEA PH FGR legitur, ad prius explicandum

<sup>1)</sup> eadem de causa pro plurali numero θεούς, θεῶν, singularis θεόν, θεοῦ legitur pag. 25.15, 26.4, 30.8.

margini adscriptum esse atque inde in textum irrepsisse mihi videtur.

Pag. 29. 10 sq. in iisdem codicibus textus amplificatus est verbis οὐπεστί δέ τις καὶ εὐλάβεια καὶ τὸ ἀφιλόνεικον τοῦ ἥθους, quae ideo genuina esse nego, quia neque εὐλάβεια neque τὸ ἀφιλόνεικον omnino sunt vitia; illa enim pag. 24. 16 subiungitur σωφροσύνη, hoc pag. 22. 6 πραστήτη adscribitur.

Nescio an pag. 31.15 sq. quoque interpolatio agnoscenda sit, ubi verba ἀτιμίαν δὲ μηδὲ τὴν ἐλαχίστην ἐνεγκεῖν δύνασθαι videntur esse adscripta, ne rerum paulo ante significatarum (τὸ μῆτε τιμὴν μῆτε ἀτιμίαν μῆτε εὐτυχίαν μῆτε δυστυχίαν δύνασθαι φέρειν) ulla uberiore expositione careat. Sed si hunc ordinem prorsus amplecti voluisse scriptor, non tam generaliter dixisset δύναρεσθαι δὲ ἐπὶ πᾶσι καὶ δυσφορεῖν, neque verisimile est eadem fere eum repetivisse verba quibus modo in universum ἔργα τῆς μικροφυχίας definivit. Accedit quod enuntiatorum coniunctioni per ἄλλα . . μέν . . καὶ . . δέ . . δέ institutae praeponenda est ea quae in codice C exstat ἄλλα . . μέν . . δέ . . δέ . . δέ.

Ut pag. 29. 2 καὶ ἡ μεταμέλεια, ita pag. 30. 5 μεταμέλεια interpolatum est, nam neque ὀργιλότητος neque ἀκρασίας est μεταμέλεια: häec exsistit, si illae abierunt. Interpolata sunt verba ab homine qui vocem ἀκολουθεῖ prave intellexit. Fortasse aliis quoque locis quibus C discrepat a ceteris codicibus de interpolatione cogitandum est, velut pag. 26. 15 καὶ περὶ οἰκησιν, 26. 17 ἀγεν τοῦ λυσιτελοῦντος. In utramque partem disputari potest pag. 21. 16 τὸ δημιλῆσαι ὀρθῶς (cf. pag. 28. 14, ubi lacuna in C) 23. 11 sq. ἔστι δὲ ἀνδρείας κτλ. 24. 16 εὐταξία, 30. 17 προσποίησις, 31. 9 βαρυθυμία, 31. 10 ἀμετρία.

Elucet igitur codicem C multo puriorem praebere contextum quam libros PHFGR SEA plurimumque pollere ad genuinam Ps. Aristotelicae commentationis formam restituendam. Propter hanc codicis praestantiam et propterea quod hoc loco Ps. Andronicī libellum non Ps. Aristotelis commentationem edo, verba codicis C ubique defendi poterant retinui. Expungendae tamen erant inscriptiones pag. 20. 3 μέρη τῆς ψυχῆς, 28. 11 περὶ κακιῶν, 30. 19 περὶ ἀνελευθερίας, restituenda graviter corrupta pag. 22. 10 περὶ φόβου ἥθάνατον, 24. 14 φοβεῖσθαι τὰ περὶ τὸν βίον, 26. 11 ἐνδαιμονος, 30. 13 εἰ τις κέρδουι δι' οὐδὲν, δλως ἀδικεῖ, corrigenda innumerabilia vitia

leviora 28. 12 ἔτι, 28. 20 μήτε om., 29. 8 στεργήσεις, 29. 13 ἐρετισταὶ etc. Quae omnia facile emendantur collatis codicibus PHFGR SEA.

Reliquum est ut paucis exponam, qua ratione apparatum critico cum constituerim. Discrepantias scripturae et Coisliniani et codicum SEA ad unam omnes adscripsi, codicum DM levissima tantum praetermissi vitia, quibus modo hic modo ille laborat. De PHFGR vero neque fieri poterat neque ex re erat, ut omnia afferrem, addidi tamen omnes vel singulorum lectiones quae alicuius momenti esse videbantur. Praeterea eo delucidius rem proponere mihi visus sum, ut consensum codicum SEA littera **a**, PHFGR littera **b** significarem. Quo facilius autem ea quae ex commentatione περὶ ἀρετῶν καὶ κακῶν desumpta sunt discerni possint ab Andronici additamentis, in apparatu critico semper indicavi, quaenam partes cum Ps. Aristotele conspirent.

---

### Conspectus librorum

|   |                              |  |   |
|---|------------------------------|--|---|
| C | = Coislin. 120               |  | Ps. Andronici lib. continent.                             |
| D | = Parisin. 2131              |  |   |
| M | = Monac. gr. 558             |  |   |
| N | = Monac. gr. 306             |  |   |
| L | = Oxon. Laud. 15             |  |   |
| S | = Vindob. 67                 |  | <b>a</b> Stobaei floril. continent.                       |
| E | = Escurial. 90 (Σ II 14)     |  |   |
| A | = Parisin. 1984              |  |   |
| P | = Palat. (Heidelbg.) gr. 132 |  | <b>b</b> Ps. Aristot. περὶ ἀρετῶν καὶ κακῶν<br>continent. |
| H | = Monac. gr. 495             |  |   |
| F | = Monac. gr. 102             |  |   |
| G | = Monac. gr. 289             |  |   |
| R | = Oxon. Rawl. 93             |  |   |

---

# ANDRONICI RHODII QUI FERTUR LIBELLI ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ

## PARS ALTERA

### DE VIRTUTIBUS ET VITIIS

I Ἐπαινετὰ μὲν ἔστι τὰ καλά, φευκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά· καὶ τῶν μὲν καλῶν γῆγοῦνται αἱ ἀρεταῖ, τῶν δὲ αἰσχρῶν αἱ κακίαι· ὡστε ἐπαινεταὶ μὲν αἱ ἀρεταῖ, ἐπαινετὰ δέ <ἔστι> καὶ τὰ αἰτια τῶν ἀρετῶν καὶ τὰ παρεπόμενα αὐταῖς καὶ τὰ γνόμενα ἀπ αὐτῶν [καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν·] φευκτὰ δὲ τὰ ἐναντία. [ἔστι δὲ ἀρετὴ ἔξις ὁμολογουμένη.] 5

[Ορος ἀρετῆς]

[Ἀρετὴ ἔστιν ἔξις ἐν μεσότητι θεωρουμένη κατ' ὄρθον λόγον· καὶ ὡς δεῖ οἰκονομουμένη. ἄλλως· ἡθικὴ ἀρετὴ ἔστιν ἔξις ἐν μεσότητι οὖσα παθῶν τε καὶ πράξεων ὀρισμένη τῷ ὄρθῳ λόγῳ.]

II Εἴδη ἀρετῆς δ'. φρόνησις· σωφροσύνη· δικαιοσύνη· ἀνδρεία. 10  
[Οροι τῶν εἰδῶν]

α' Φρόνησις μὲν οὖν ἔστιν ἐπιστήμη ἀγάθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων. [ἢ φρόνησίς ἔστιν ἡ τῶν πρακτῶν ὄρθη καὶ ἀληθῆς καὶ μετ' αἰτίας θεωρία· ἢ φρόνησίς ἔστιν ἀρετὴ τοῦ λογιστικοῦ περὶ τὰ αἱρετὰ καὶ φευκτὰ καὶ τὴν κρίσιν τῶν χειρόνων ἢ βελτιόνων.] 15

β' Σωφροσύνη δὲ ἐπιστήμη αἱρετῶν καὶ οὐχ αἱρετῶν καὶ οὐδετέρων.

c. I habet Ps. Aristot. p. 1249<sup>a</sup> 26—30. — 1 μὲν] δὲ DM om. CFGa | ἔστιν C | αἰσχρά] κακὰ DMS | καὶ om. EA || 2 μὲν] δὲ EA | ὡστε ἐπαινεταὶ μὲν αἱ ἀρεταὶ om. ab || 3 ἔστι add. ab | ἀρετῶν] ἀγαθῶν DM || 4 πρεπόμενα A | αὐταῖς] αὐτῶν C αὐτοῖς M ταῖς ἀρεταῖς ab | καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν om. CDM || 5 ἔστι δὲ ἀρετὴ ἔξις ὁμολογουμένη om. ab | εἰς ὁμολογουμένη C εἰς ὁμολογουμένων DM: εἴς εἰς ὁμολογουμένη scripsi || 6 ὅρος ἀρετῆς usque ad τῷ ὄρθῳ λόγῳ (9) add. DM

11 ὅροι τῶν εἰδῶν om. C || 14 ἢ φρόνησίς usque ad βελτιόνων (15) om. C || 16 αἱρετῶν καὶ οὐχ αἱρετῶν Hoeschelius: ἀρετῶν καὶ οὐκ ἀρετῶν CDM (in M marg. m<sup>2</sup> corr. αἱρετῶν καὶ οὐχ αἱρετῶν)

<γ> Δικαιοσύνη δὲ ἔξις ἀπονεμητική τοῦ κατ' ἀξίαν ἐκάστῳ.  
<δ> Ἀνδρεία δὲ ἐπιστήμη δεινῶν καὶ οὐ δεινῶν καὶ οὐδετέρων.

### III [Μέρη τῆς ψυχῆς γ']

§ 1 Τριμεροῦς δὲ τῆς ψυχῆς λαμβανομένης κατὰ Πλάτωνα  
α' τοῦ μὲν λογιστικοῦ ἀρετὴ *<ἐστιν>* ἡ φρόνησις·

β' τοῦ δὲ θυμοειδοῦς ἡ τε πραότης καὶ ἡ ἀνδρεία·

γ' τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ ἡ τε σωφροσύνη καὶ ἡ ἐγκράτεια·

δλης δὲ τῆς ψυχῆς ἡ *<τε>* δικαιοσύνη καὶ ἡ ἐλευθεριότης καὶ  
ἡ μεγαλοψυχία.

10 § 2 Κακία δέ ἐστι τοῦ μὲν λογιστικοῦ ἡ ἀφροσύνη· τοῦ δὲ  
θυμοειδοῦς ἡ *<τε>* ὀργιλότης καὶ ἡ δειλία· τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ  
ἡ τε ἀκολασία καὶ ἡ ἀκρασία·

δλης δὲ τῆς ψυχῆς ἡ τε ἀδικία καὶ ἡ ἀνελευθερία καὶ ἡ μι-  
κροψυχία.

### IV [Περὶ φρονήσεως]

§ 1 Ἐστι δὲ φρόνησις μὲν ἀρετὴ τοῦ λογιστικοῦ κατασκευα-  
στική τῶν εἰς εὑδαιμονίαν συντειγόντων.

§ 2 Σύμβωμοι δέ εἰσιν αὐτῆς εὐβουλία· ἀγχίνοια· πρόνοια·  
βασιλική· στρατηγική· [πραγματική]· πολιτική· οἰκονομική· [ἡθική]·  
20 διαλεκτική· ῥητορική· φυσική·

α' Εὐβουλία μὲν οὖν ἐστιν ἐπιστήμη συμφερόντων.

<β> Ἀγχίνοια δὲ ἔξις ἐξ ὑπογύου τό καθηκον εύρισκουσα [καὶ  
καταστοχαζομένη τοῦ δέοντος].

γ' Πρόνοια δὲ ἔξις ὁδοποιεῖσθαι δυναμένη εἰς τὸ μέλλον, ὡς  
25 ἀν πράττηται ὡς χρῆ [·η παρασκευαστική πρὸς μέλλοντά τινα].

1 ἀπονεμητική C διανεμητική DM | ante τοῦ add. ἡ C | ἐκάστου C

c. III habet Ps. Arist. p. 1249<sup>a</sup> 30—1250<sup>a</sup> 2. — 3 μέρη τῆς ψυχῆς  
add. C || 5 λογικοῦ MPH | ἐστιν om. CDM | ἡ om. SA || 6 ἡ τε εχ εἴτε  
corr. in C | τε om. DA<sup>1</sup> || 7 τε om. DM || 8 τε om. CDM | ἡ ante ἐλευθ.  
om. A | ἐλευθερία CDM || 9 ἡ om. a || 10 ἐστι] ἐστιν C | λογικοῦ MPH || 11 τε  
om. CDM | ὀργιλότης C || 12 τε om. DM || 13 ἡ ante ἀνελ. om. AHR | ἀνε-  
λευθεριότης b | ἡ ante μικρ. om. b

c. IV § 1 habet Ps. Arist. p. 1250<sup>a</sup> 3 sq. — 15 περὶ φρονήσεως add. DL ||

16 ἐστιν C | μὲν om. D | λογικοῦ PH | κατασκευὴ C παρασκευαστικὴ ab ||  
17 εἰς] πρὸς EAPH παρ<sup>2</sup> S | εὑδαιμονί S | τεινόντων a

18 αὐτῇ εἰσιν DM || 19 πραγματικὴ ἐτ ἡθικὴ om. C || 20 διαλεκτικὴ om. C ||

21 ἐπιστήμη C || 22 ὑπογύοι DM | καὶ καταστοχαζομένη τοῦ δέοντος add. DM ||

24 εἰδοποιεῖν DM (όδοποιεῖν L marg. m<sup>2</sup>) | μεῖζον C | εἰς τὸ μέλλον om. M || 25 post  
πράττηται add. τὸ μέλλον DM | χρῆ C | ἡ παρασκευαστικὴ πρὸς μέλλοντά τινα om. C

δέ Βασιλική δὲ ἐμπειρία τοῦ ἄρχειν πλήθους ἀνυπευθύνως.

ε' Στρατηγική δὲ ἔξις θεωρητική καὶ πρακτική τῶν [τῷ] στρατοπέδῳ συμφερόντων.

<ζ'> [Πραγματική δὲ ἐπιστήμη τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων].

ζ' Πολιτική δὲ ἔξις θεωρητική <καὶ πρακτική> τῶν [τῇ] πόλει 5 συμφερόντων.

η' Οἰκονομική δὲ ἔξις θεωρητική <καὶ πρακτική> τῶν [τῷ] οἶκῳ συμφερόντων.

<θ'> [Ἡθικὴ δὲ ἐπιστήμη κοσμητικὴ τῶν ἡθῶν].

ι' Διαλέκτικὴ δὲ ἐπιστήμη τοῦ εὖ διαλέγεσθαι. 10

ια' Ρητορικὴ δὲ ἐπιστήμη τοῦ εὖ λέγειν.

ιβ' Φυσικὴ δὲ ἐπιστήμη τῶν περὶ [τὴν] φύσιν.

§ 3 Ἔργα δὲ τῆς φρονήσεως· τὸ εὖ βούλευσασθαι· τὸ κρίναι τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ αἴρετα καὶ φευκτά· τὸ χρήσασθαι<καλῶς> πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς [καὶ καλοῖς] [ώς δεῖ]. 15 <τὸ δημιλῆσαι δρθῶς>· τὸ συνιδεῖν τοὺς καιρούς· τὸ ἀγχίνως χρήσασθαι καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ· τὸ τὴν ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν γρηγορίμων ἀπάντων.

Μνήμη δὲ καὶ ἐμπειρία καὶ ἀγχίνοια καὶ ἐπιδεξιότης καὶ εὑβουλία ἥτοι ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἐκάστη αὐτῶν ἐστιν ἢ παρέπεται τῇ φρονήσει· ἢ τὰ μὲν αὐτῶν οἷον παραίτια τῆς φρονήσεως καθάπερ 20 καὶ ἡ ἐμπειρία καὶ ἡ μνήμη, τὰ δὲ οἷον μέρη, οἷον ἡ εὑβουλία [καὶ ἡ ἐπιδεξιότης] καὶ ἡ ἀγχίνοια.

2 θεωρητικὴ C | τῷ add. C<sup>2</sup> DM || 4 πραγματικῆς definitionem om. C, itaque numerat 7 et 8 ζ' ζ' || 5 καὶ πρακτικὴ addidi: om. CDM | τῇ add. C<sup>2</sup> DM || 7 οἰκονομικῆς defin. om. MN (non LL) | θεορητικὴ C<sup>1</sup> θεωρητικὴ corr. C<sup>2</sup> | καὶ πρακτικὴ addidi coll. Stob. eel. eth. II 188 (p. 95. ii sq. W.): om. CDM | τῷ add. C<sup>2</sup> DM || 9 ἡθικῆς defin. om. C, itaque numerat 10. 11. 12 η' θ' ι' || 12 φυσικὴ C<sup>1</sup> radendo corr. in φυσικὴ | τὴν om. C

§ 3 habet Ps. Arist. p. 1250<sup>a</sup> 30—39. — 13 ἔργα δὲ τῆς τῆς δὲ b | post φρονήσεως add. ἐστι ab | εὖ om. b | βούλευσθαι CL βούλευσθαι DMaG | κρίνειν DM || 14 τὰ ante κακὰ om. C || 15 χρῆσθαι CDMaFGR | καλῶς om. CDM | πᾶσιν C | καὶ καλοῖς correxi: καὶ κακοῖς CM om. reliqui | ώς δεῖ add. DM || 16 τὸ δημιλῆσαι δρθῶς om. CDM | ἀγχιστώς a φρονήμως supraser. C<sup>2</sup> | χρῆσθαι Ma || 17 καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ EAb om. S | τὴν om. S | πάντων ab || 18 δεξιότης a | καὶ ἐπιδεξιότης καὶ εὑβουλία om. b || 19 ἥτοι ἀπὸ τῆς om. S | ἐκαστον SE ἐκαστο A || 20 η] καὶ a | συνάτια CDMb | τῇ φρονήσει DM | post φρονήσεως add. ἐστὶ omnes praeter CS || 21 post καθάπερ om. καὶ omnes praeter C | οἷον μέρη] ἀπὸ τῆς φρονήσεως CDM | post μέρη add. αὐτῆς b | η ante εὐβ. om. ab | καὶ η ἐπιδεξιότης add. DM || 22 καὶ η] τε καὶ a PHG καὶ FR

§ 4 Πραστής δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς καθ' ἥν πρὸς δργάς γίνονται δυσκίνητοι [·ἢ μεσότης περὶ δργὰς ἡς ἡ μὲν ὑπερβολὴ δργιλότης καὶ τὸ ἀκρόχολον· ἡ δὲ ἔλειψις ἀοργησία ἢ ἡλιθιότης]. ἔργα δὲ αὐτῆς· τὸ δύνασθαι φέρειν [μετρίως] ἐγκλήματα καὶ διηγω-  
5 ρίας μετρίας καὶ τὸ μὴ ταχέως δρμᾶν ἐπὶ τὴν τιμωρίαν· καὶ τὸ μὴ εὐκίνητον εἶναι πρὸς τὰς δργάς· ἀπικρον δὲ τῷ ἦθει καὶ ἀφιλόνεικον,  
ἔχοντα τὸ ἡρεμον τῆς ψυχῆς καὶ στάσιμον.

V [Περὶ ἀνδρείας]

§ 1 Ἀνδρεία δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς καθ' ἥν δυσ-  
10 ἐκπληγτοὶ εἰσιν ὑπὸ φόβων τῶν περὶ θάνατον.

§ 2 Οἰκεῖα δὲ αὐτῆς· εὐψυχία· λῆμα· μεγαλοψυχία· ἀρρενότης·  
καρτερία· μεγαλοπρέπεια· ἀνδραγαθία.

⟨α’⟩ Εὐψυχία μὲν οὖν ἐστιν εὔτονία ψυχῆς πρὸς τὸ ἐπιτελεῖν  
τὰ ἑαυτῆς ἔργα.

15 ⟨β’⟩ Λῆμα δὲ ἔξις προχείρους παρεχομένη πρὸς τὸ ἐπιχειρεῖν τε  
οῖς χρή καὶ ὑπομένειν ἢ λόγος αἱρεῖ.

⟨γ’⟩ Μεγαλοψυχία δὲ ἔξις ὑπεράνω ποιοῦσα τοῦ κοινῆς συμβαί-  
νοντος φαύλοις τε καὶ σπουδαίοις.

⟨δ’⟩ Ἀρρενότης δὲ ἔξις αὐτάρκεις παρεχόμενη ἐν τοῖς κατ’  
20 ἀρετὴν πόνοις.

§ 4 habet Ps. Arist. p. 1250<sup>a</sup> 4—6 et 1250<sup>a</sup> 39—44. — 1 καθ' ἥν δυσκίνη-  
τοι εἰσι πρὸς δργάς τε καὶ τιμωρίας PH | πρὸς] ὑπὸ SEFGR ἀπὸ A || 2 δργῆς a  
FGR | ἀκίνητοι DM || ἢ μεσότης usque ad ἡλιθιότης (3) add. DM || 4 ἔργα δὲ  
αὐτῆς] πραστήτος δέ ἐστι ab | δύνασθαι om. S | μετρίως] μέτρια EPHF om. DM |  
διηγωρίας C || 5 μετρίας] μετρίας DM | τὰς τιμωρίας ab | τὸ om. A || 6 εὐ-  
κήνητον C | εἰναι om. DM | τὰς om. DMH | ἀφιλόνεικον C || 7 ἔχοντα usque  
ad στάσιμον om. DM | ἡρεμαιον ab | ἐν τῇ ψυχῇ ab | post καὶ add. τὸ  
EA | στάσιν C

c. V § 1 habet Ps. Arist. p. 1250<sup>a</sup> 6 sq. — 8 περὶ ἀνδρείας add. DM ||  
10 δυσειπληγτοὶ C | δύσειπληγτοὶ DMAb | εἰσιν] τινες DM | ὑπὸ] περὶ CDM  
ἀπὸ AGR om. P | φόβον CDM φόβου P | τῶν περὶ] ἢ CDM | post θάνατον  
add. γίνονται DM

11 οἰκεῖα Mullach | αὐτῇ DM | λῆμμα C || 12 ἀνδραγαθεῖν C ||  
13 τελεῖν M || 14 αὐτῆς C || 15 λῆμμα C | προχείρως D (etiam Mullach)  
προχείρους M | παρεχομένη scripsi (coll. ἀρρενότητος defin. hac pag. v. 19,  
ἐλευθ. pag. 25.ο, ὀσιότητος pag. 25.ισ) παρέχουσα C ἔργαζομένη DM: δρε-  
γομένη Mullach | πρὸς τὸ om. DM || 16 ἐπομένην ἄλογος M | ἔρει C ||  
19 αὐτάρκη DM: αὐτάρκειαν Mullach || 20 πόνοις om. C

<ε'> Καρτερία δὲ ἐπιστήμη ἐμμενετῶν <καὶ οὐκ ἐμμενετῶν> καὶ οὐδετέρων. [Καρτερία δὲ ὑπομονὴ λύπης ἢ πόνων ἔνεκα τοῦ καλοῦ.]

<ζ'> Μεγαλοπρέπεια δὲ ἔξις ἐπαίρουσα τοὺς ἔχοντας αὐτὴν καὶ φρονήματος πληροῦσα.

<η'> [Ανδραγαθία δὲ ἀνδρὸς ἀρετὴ ἐπιτηδευτικὴ κοινωνικῶν 5 ἔργων.]

§ 3 Ἐργα δὲ ἀνδρείας· τὸ δυσέκπληκτον εἶναι ὑπὸ φόβου τοῦ περὶ θάνατον· καὶ τὸ εὐθαρσῆ εἶναι ἐν τοῖς δειγοῖς· καὶ τὸ εὔτολμον πρὸς τοὺς κινδύνους· καὶ τὸ μᾶλλον αἰρεῖσθαι τεθνάναι καλῶς ἢ αἰσχρῶς σωθῆναι· καὶ τὸ νίκης αἵτιον διὰ παντὸς γίνεσθαι [·ἔστι δὲ ἀν- 10 δρείας καὶ τὸ πονεῖν καὶ τὸ καρτερεῖν καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι]. παρέπεται δὲ τῇ ἀνδρείᾳ ἡ εὐτολμία καὶ ἡ εὑψυχία καὶ τὸ θάρσος· ἔστι δὲ ἡ φιλοπονία καὶ ἡ καρτερία.

## VI [Περὶ σωφροσύνης]

§ 1 Σωφροσύνη δέ ἔστιν ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ καδ' ἦν 15 ἀνόρεκτοι γίνονται τῶν περὶ τὰς ἀπολαύσεις φαύλων ἥδονῶν.

§ 2 Οἰκεῖαι δέ εἰσιν αὐτῆς· αὐστηρία· ἐγκράτεια· εὐτέλεια· λιτότης· κοσμιότης· εὐταξία· αὐτάρκεια..

α' Αὐστηρία μὲν οὖν ἔστιν ἔξις καθ' ἦν [τινες] οὕτε προσφέρουσιν ἄλλοις τὴν περὶ [φαύλων] ἥδονῶν ὅμιλίαν οὕτε παρ' ἄλλων [ταύτην] 20

1 καρτερίας priorem definitionem exhibet C, posteriorem (2) DM | καὶ οὖν ἐμμενετῶν om. C: addidi coll. Sext. Emp. IX 154, Laert. Diog. VII 93 || 5 ἀνδραγαθίας defin. seclusi | κοινῶν DM

§ 3 habet Ps. Arist. p. 1250<sup>a</sup> 44—<sup>b</sup>6. — 7 Ἐργα δὲ ἀνδρείας [ἀνδρεία a] δέ ἔστι· ab | δὲ om. C | δυσπληκτον D | εἶναι om. HFGR | ὑπὸ φόβου τοῦ περὶ θάνατον om. D | φόβων τῶν ab || 8 εὐθαρσεῖ C εὐθαρσεῖν FG |

θῆγαι εἶναι om. PHFG | ἐν τοῖς δειγοῖς om. S | τὸ ante εὐτ. om. S || 9 περὶ C | 10 σώζεσθαι D<sup>1</sup> διασωθῆναι SE | διὰ παντὸς γίνεσθαι] εἶναι ab | ἔστι δὲ ἀνδρείας usque ad ἀνδραγαθίζεσθαι: (11) om. CDM || 11 καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι scripsi: καὶ αἱρεῖσθαι: ἀνδραγαθίζεσθαι: S καὶ αἱρεῖσθαι: καὶ δύνασθαι: EAab || 12 post (ἀνδρείᾳ add. καὶ b | ante εὐτολμία add. τε a | θράσος DMP | post θάρσος add. καὶ τὸ θράσος HFGR || 13 δὲ ἡ] τε ἡ a δὲ καὶ ἡ MR δὲ ἡ τε PHFG | φιλοπονίᾳ] φιλοεικίᾳ CDM μεγαλοψυχίᾳ S

c. VI § 1 habet Ps. Arist. p. 1250<sup>a</sup> 7—9. — 14 περὶ σωφροσύνης add. DM || 15 ἔστιν om. C || 16 ἀνόρεκτοι γίν. τῶν π. τ. ἀπολ. φαύλ. ἥδ. om. PH | τῶν om. CDM | παρὰ C | post ἀπολαύσεις add. τῶν CDM

17 εἰσιν om. DM | αὐτῇ DM || 19 ἔξις om. M | τινες om. C || 20 ἀλλήλοις C | περὶ] τῶν DM | φαύλων om. C | ἀλλήλων C | ταύτην om. C

προσδέχονται [·ἢ ἔξις ψυχῆς μὴ ἀνεχομένη ὄμιλίαν φαύλων ἡδονῶν μηδὲ λόγων].

β' Ἐγκράτεια δὲ ἔξις ἀγήτητος ὑφ' ἡδονῶν.

γ' Εὐτέλεια δὲ ἔξις ἀνιπέραρτος ἐν δαπάναις καὶ παρασκευαῖς.

δ' Λιτότης δὲ ἔξις ἀρκουμένη τοῖς τυχοῦσιν.

ε' Κοσμιότης δὲ ἐπιστήμη περὶ τὸ πρέπον ἐν κινήσει καὶ σχέσει [σώματος· ἢ εὐταξίᾳ περὶ σχῆμα καὶ κίνησιν σώματος].

2) Plut. de virt. mor. c. 2 postquam de Aristone dictum est: "Εοικε δὲ καὶ Ζήγρων εἰς τοῦτο πως ὑποφέρεσθαι: ὁ Κιττιεὺς ὅριζόμενος τὴν φρόνησιν ἐν μὲν ἀπονεμητέοις δικαιοσύνην· ἐν δὲ αἱρετέοις σωφροσύνην· ἐν δὲ ὑπομενητέοις ἀνδρείαν: ἀπολογούμενοι δὲ ἀξιοῦσιν ἐν τούτοις τὴν ἐπιστήμην φρόνησιν ὑπὸ τοῦ Ζήγρωνος ὀνομάσθαι. Similiter Plut. de Stoic. rep. c. 7.1 πάλιν ὅριζόμενος (Ζήγρων) αὐτῶν (i. e. ἀρετῶν) ἔκάστην τὴν μὲν ἀνδρείαν φῆσι φρόνησιν εἶναι ἐν *ὑπομενητέοις*, τὴν δὲ σωφροσύνην φρόνησιν ἐν αἱρετέοις> (sic Hirzelius pag. 99.1 recte mihi videtur coniecssisse pro uno verbo ἐνεργητέοις) τὴν δὲ δικαιοσύνην φρόνησιν ἐν ἀπονεμητέοις.

καὶ οὐχ αἱρετῶν vel φευκτῶν καὶ οὐδετέρων; similiter ἀνδρείᾳ evadit ἐπιστήμη ὑπομενητῶν καὶ οὐχ ὑπομενητῶν καὶ οὐδετέρων<sup>1)</sup> vel quibus idem dicitur ἐπιστήμη δειγῶν καὶ οὐ δειγῶν καὶ οὐδετέρων, denique δικαιοσύνη, si est φρόνησις ἐν ἀπονεμητέοις, est etiam ἐπιστήμη ἀπονεμητικὴ τῆς ἀξίας ἐκάστῳ. vel ut ab aliis traditur ἐπιστήμη ἀπονεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν ἐκάστῳ. Hoc vero modo ubique formata est δικαιοσύνης definitio, ita ut alia nulla videatur esse prolata.

'Ανδρείας quoque definitio ἐπιστήμη δειγῶν καὶ οὐ δειγῶν καὶ οὐδετέρων, quae etiam apud Platonem occurrit<sup>2)</sup>, iam ante Chrysippum in Stoicorum philosophiam recepta erat. Affert enim Cicero (Tusc. IV c. 24.) inter tres Sphaeri ἀνδρείας definitiones hanc: 'scientia rerum formidolosarum contrariarumque aut omnino neglegendarum conservans earum rerum stabile iudicium'. Sphaerus autem, ut eiusdem Zenonis discipulus<sup>3)</sup>, aequalis erat Cleanthis Aristonisque. Duae igitur virtutum generalium definitiones cum iam dudum hac usitissima formula essent confectae, maxima cum probabilitate omnes quattuor Zenoni tribuuntur.

Plutarchus vero ubi tradit Zenonem ἀνδρείαν dixisse φρόνησιν ἐν ὑπομενητέοις, σωφροσύνην φρόνησιν ἐν αἱρετέοις κτλ. non definitiones singularum virtutum afferre, sed demonstrare vult Zenonem unam virtutem in ceteris vigere docuisse. Id autem ipsum parum intellexerunt vel noluerunt intelligere illi ἀπολογούμενοι<sup>4)</sup>, qui quo tempore vetus doctrina deserta erat, ne a Zenone quidem ita praeceptum esse contendebant, cum dicerent non ipsam φρονήσεως virtutem ceteris virtutibus subditam esse a Zenone, sed simpliciter hanc vocem adhibitam pro ἐπιστήμῃ. Quae sententia refellitur comparatione quam inter Aristonem et Zenonem instituit Plutarchus, praesertim cum ita non intellegamus cur φρόνησις ipsa definita non sit, id quod nostra ratione optime iam explicatur.

Attamen ne credas iis quae Zenóni tribuimus, obtrectari Aristoni! Satis enim permanet posterorum laus, qua eum solum unam statuisse virtutem praedicabant. Nam cum Zeno ita tantum Platonicas virtutes comprehenderet, ut quomodo inter se cohaererent demonstraret, Aristo prorsus novam finxit virtutem ὑγίειαν, quam unam quattuor illis superposuit.

<sup>1)</sup> atque sic eam legimus apud Philon. sacr. leg. allegor. I 21. (cf. tab.)

<sup>2)</sup> cf. Plat. Laches c. 23 (pag. 195 D).

<sup>3)</sup> cf. Laert. Diog. VII 37. <sup>4)</sup> cf. pag. 42 adn. 2.

Ex iis vero quae adhuc disputavimus efficitur et Stobaei et Andronici virtutum generalium definitiones, quae tam inter se esse quam cum Zenoneis modo detectis prorsus conspirant, ipsas omnes esse Zenonis.

Iam ad alteram Stobaei particulam nos convertamus. Atque missis eis quae initio eius de quatuor generalibus virtutibus dicuntur primum singularum definitionum multitudinem videamus (Stob. II. 106. 108, p. 60. 24 — 62. 6 W.). Quae quamquam continent nonnullas a Chrysippo, ut supra demonstravimus, probatas, tamen hic quoque cavendum est ne praepropere omnes huic philosopho adiudicemus. Dehortatur enim Ps. Andronicus, cuius nonnullae definitiones atque eae quidem ipsae quas Chrysipeas esse certe demonstrare possumus, ita comparatae sunt, ut prorsus discrepent a Stobaeo.

Huc imprimis pertinet εὐψυχίας definitio, quam Stobaeus refert sic: εὐψυχία δὲ ἐπιστήμη ψυχῆς παρεχομένης ἔαυτὴν ἀγίτητον<sup>1)</sup>, Andronicus: εὐψυχία μὲν οὖν ἐστιν εὐτονία πρὸς τὸ ἐπιτελεῖν τὰ ἔαυτῆς ἔργα. Verbum εὐτονία autem aperte prodit Chrysippum, qui dixit quaecumque recte agamus, ea ad εὐτονίαν τῆς ψυχῆς, id est ad intentionem quandam animi esse referenda<sup>2)</sup>. Optime igitur hac notione definitur εὐψυχία neque dubitari potest, quin ipsius Chrysippi verba habeamus<sup>3)</sup>.

Atque quemadmodum modo contigit nobis, ut Chrysippum ex verbo raro usurpato vel ab ipso fortasse facto deprehenderemus, ita ceteroquin etiam res potest expediri. Queritur enim Plutarchus Chrysippum σμῆνος ἀρετῶν οὐ σύνηθες οὐδὲ γνώριμον in philosophiam induxisse, eum nova finxerit verba, velut χαριεντότης, μεγαλότης, καλότης, ἐσθλότης<sup>4)</sup>. Neque minus vehementer eum incusat Galenus

1) malim ἐπιστήμη ψυχῆς παρεχομένη αὐτὴν ἀγίτητον.

2) Galen. I. I. V. p. 403 K. οὐα γάρ οὐκ ὁρθῶς πράττουσιν ἄνθρωποι, τὰ μὲν εἰς μοχθηρὰν κρίσιν ἀναφέρει (Χρύσιππος) τὰ δὲ εἰς ἀτονίαν καὶ ἀσθένειαν τῆς ψυχῆς, ὥσπερ γε καὶ ὡν κατορθοῦσιν ή ὁρθὴ κρίσις ἐξηγεῖται μετὰ τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν εὐτονίας.

3) Apud Laert. Diog. VII 126 εὐτονία subiungitur τῇ ἀνδρείᾳ. Posteriores igitur philosophi hoc nomen ex Chrysippi usu petitum ad peculiarem virtutem significantem videntur adhibuisse; nam illo L. D. loco Hecatonis doctrinam agnoscendam esse infra (p. 61.1) exposui.

4) Plut. de virt. mor. c. 2 Χρύσιππος δέ κατὰ τὸ ποιὸν ἀρετὴν ἴδια ποιότητα συνίσταεθαι νομίζων ἔλαθεν ἔαυτὸν κατὰ τὸν Πλάτωνα σμῆνος ἀρετῶν οὐ σύνηθες οὐδὲ γνώριμον ἐγίρας· ὡς γάρ παρὰ τὸν ἀνδρεῖον ἀνδρείαν καὶ παρὰ

ob nimia articia quibus tractaret et violaret linguam, praecipue maximum etymologiae amorem ei obiciens<sup>1)</sup>. Quae si consideraverimus, iam non erit dubium, quid censendum sit de discrepantia definitionum εὐταξίας, quam Stobaeus tradit: ἐπιστήμην τοῦ πότε πρακτέου καὶ τί μετὰ τί, καὶ καθόλου τῆς τάξις τῶν πράξεων; Ps. Andronicus: ἐμπειρίαν καταχωρισμοῦ πράξεων. Vox enim καταχωρισμός, quae in sermone graeco ceteroquin non invenitur, ab ipso eo qui definitionem confecit, derivata est a verbo καταχωρίζω, cuius significatio inest in verbis a Cicerone ad εὐταξίαν definiendam adhibitis (de off. I c. 40, cf. tab.) «loco suo collocare». Neque igitur dubitabimus hanc quoque Andronici definitionem Chrysippo addicere. Ad eundem spectat etiam notio ἐμπειρίας, quam in Zenonis illud τέλος ἔστι τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν inserens Chrysippus τέλος dixerat τὸ κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων ζῆν<sup>2)</sup>. Neque unquam hoc vocabulum in Stoicorum virtutum descriptionibus occurrit, nisi ubi Chrysippi doctrina agnoscenda est. Cuius rei plura infra se offerent exempla.

Alia qua Chrysippus deprehenditur est εὐτελείας definitio, quae sic apud Ps. Andronicum legitur: εὐτέλεια δὲ ἔξις ἀνυπέραρτος ἐν διπλάναις καὶ παρασκευαῖς. Nam in hac quoque inest vocabulum ceteroquin non obvium ἀνυπέραρτος, quod recte formatum est de ὑπεράριῳ atque eodem modo quo de ὑπερβαίνῳ ἀνυπέρβατος<sup>3)</sup>. Itaque tertiam habemus definitionem vere Chrysippeam, qua non minus

---

τὸν πρᾶον πραότητα καὶ δικαιοσύνην παρὰ τὸν δίκαιον, οὗτοι παρὰ τὸν χαρίεντα χαριεντότητα καὶ παρὰ τὸν ἐσθλὸν ἐσθλότητα καὶ παρὰ τὸν μέγαν μεγαλότητα καὶ παρὰ τὸν καλὸν καλότητα ἐτέρας τε τοιαύτας ἐπιδεξιότητας, εὐαπαντησίας, εὐτραπελίας ἀρετᾶς τιθέμενος πολλῶν καὶ ἀτόπων διομάτων οὐδὲν δεομένην ἐμπέληκε φιλοσοφίαν.

Liceat hoc loco corrigerre errorem Zelleri qui dicit (III<sup>1</sup> pag. 223.1, ed. II) Chrysippum finxisse verba χαριεντότης, ἐσθλότης, μεγαλότης, καλότης, ἐπιδεξιότης, εὐαπαντησία, εὐτραπελία, sed elucet Plutarchum dicere Chrysippum χαριεντότητα, ἐσθλότητα, μεγαλότητα, καλότητα, alias eius modi elegantias urbanitates comitates in numero virtutum habuisse.

<sup>1)</sup> Galen. l. l. V p. 213—217 K. τὴν βελτίστην ἐτυμολογίαν<sup>2)</sup> dijudicat qua Chrysippus verba ἐγώ et ἐκεῖνος explicare studuerit.

<sup>2)</sup> Laert. Diog. VII 87 διόπερ πρῶτος ὁ Ζήγων ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου φύσεως τέλος εἶπε τὸ ὅμοιογονυμένως τῇ φύσει ζῆν, διόπερ ἔστι κατ' ἀρετὴν ζῆν. . . πάλιν δ' οἴσον ἔστι τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν τῷ κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων ζῆν, ὡς φησι Χρύσιππος ἐν τῷ πρῶτῳ περὶ τελῶν.

<sup>3)</sup> cf. in tab. Stobaei et aliorum ἐγκρατείας definitionem.

quam prioribus discrepat a Stobaeo Andronicus: apud Stobaeum enim εὐτέλεια omnino non extat.

Atque ne ei diffidas quod dixi Chrysippum usum esse ἔξεως voce, quae cum ab Aristotele ad definiendas virtutes semper sit adhibita, posteriori potius tribuenda videatur tempori quo Stoicorum doctrina intermiscebatur Peripateticorum praeceptis — ut factum est in horum ethicae descriptione a Stobaeo recepta —: ad huius vocabuli usum definiendum pauca addam. Zeno num aliam adhibuerit notionem praeter ἐπιστήμην nescimus. Cogitari autem potest eum quoque virtutem appellasse ἔξιν, quia Sphaeri, discipuli eius, haec traditur definitio: «fortitudo est igitur affectio animi legi summae in perpetiendis rebus obtemperans» (Cic. Tusc. IV c. 24, cf. tab.). Hac vero affectionis voce Ciceronem interpretatum esse ἔξιν ideo verisimile fit quod Sphaeri definitio, quae Chrysippo quoque probata erat, (cf. Cic. ibid.) prorsus respondet σωφροσύνης definitioni a Sexto Clementeque allatae: σωφροσύνη ἐστίν ἔξις ἐν αἱρέσεσι καὶ φυγαῖς σώζουσα τὰ τῆς φρονήσεως κρίματα. Hoc igitur exemplum et ad Sphaerum et ad Chrysippum spectat. Planissime vero Plutarchus testatur Chrysippum ita definuisse, ubi dicit (de virtute mor. c. 9) Αὕτος τε Χρύσιππος ἐν πολλοῖς ὄριζόμενος τὴν πάρτερίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν ἔξεις ἀκολουθητικὰς τῷ αἱροῦντι λόγῳ δῆλος ἐστιν οὐτοις. Accedit quod in Anonymi Heinsiani libello περὶ ἀρετῶν καὶ κακῶν οὐτοις in quo quae Stoicorum extent definitiones ex Chrysippi libris exhaustas esse supra diximus, ἔξις legitur in δικαιοσύνης, μεγαλοφυχίας, μεγαλοπρεπείας definitionibus. Atque, quod gravissimum est, ipsius ἐπιστήμης definitionum a Stobaeo traditarum ea quae propter verbum τόνος ad Chrysippum spectat<sup>1)</sup>, sic legitur (Stob. II 130) εἶναι δὲ τὴν ἐπιστήμην ἔξιν φαντασιῶν δεκτικὴν ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου, ἦν τινά φασιν ἐν τόνῳ καὶ δυνάμει κεῖσθαι. Itaque concedendum erit tam ἐπιστήμης quam ἔξεως vocem in definiendis virtutibus a Chrysippo adhibitam esse neque quidquam iam obstare, quominus εὐταξίας et εὐτέλειας definitiones apud Ps. Andronicum traditas ei tribuamus.

Ab alio igitur videntur esse conjectae definitiones Stobaei. Quarum quis sit auctor iam circumspiciamus primum eos qui

<sup>1)</sup> Galen. 1. 1. V p. 403 K. ὥσπερ ή κρίσις ἔργον ἐστὶ τῆς λογικῆς δυνάμεως, οὗτως ή εὐτονία βώμη τε καὶ ἀρετὴ δυνάμεως ἐτέρας παρὰ τὴν λογικήν, ἦν αὐτὸς ὁ Χρύσιππος ὀνομάζει τόνον.

Chrysippum aetate sunt secuti, deinde eos qui antecesserunt perlungentes.

Definitiones quas Sextus, Clemens, alii ex Chrysippi libris hauserunt, posterioribus philosophis sane tribui nequeunt. At commixtae fortasse sunt Stobaei definitiones, ita ut illae quidem Chrysippo, ceterae posteriori cuidam sint adiudicandae. Sed ne hoc quidem probaverim. Posteriorum enim doctrinae, dico Panaetii, — nam hic primus post Chrysippum est nominandus, — qui bipartitam docebat esse virtutem, et theoreticam et practicam, et Posidonii similiter discernentis inter virtutes rationis participes et expertes, quarum illam partem in sola ratione versari hanc ad actiones vitae pertinere volebant, prorsus nulla extant vestigia in ea de qua agimus particula; id quod eo maioris est momenti, quod ex aliis et Stobaei et Laertii partibus re vera a posterioribus petitis facile haec vestigia agnoscere licet. De ultima vero Stoicorum doctrinae aetate, qua Seneca, Epictetus, Marcus Aurelius neglectis eis quae interim erant novata, ad conditores philosophiae suae reverterunt, cogitare omnino non licet, quia Arius Didymus sub Augusto imperatore vitam degit epitomenque suam conscripsit.

Apud posteriores igitur quoniam frustra quaesivimus, iam accedamus ad veteres. Atque iterum cogitari potest definitiones Stobaei esse commixtas, ita ut quae apud Sextum, Clementem, in codice Parisino (D) inveniuntur ipsius sint Chrysippi, ceterae sive Sphaeri, sive Aristonis, sive Cleanthis, sive Zenonis. Sed licet etiam conicere omnes Stobaei definitiones a philosopho qui Chrysippo aetate antecesserit esse confectas, quarum alias non mutatas receperit Chrysippus, aliis novas ab ipso conformatas opposuerit. Hoc tamen si statuerimus, omnes fere definitiones suas a superioribus recepisse Chrysippum concedendum erit, nam quae φρονήσει et ἀνδρείᾳ subiunguntur virtutes etiam a Chrysippo probatas fuisse docet codex D, neque minus ceterae quae praeter εὐταξίας, κοσμιότητος, αἰδημοσύνης, χρηστότητος, εὔκοινωνησίας, εὐσυναλλαξίας definitiones omnes extant apud Sextum Clementemque, ex Chrysippi libris petitae sunt. Quomodo cum alteri coniecturae, qua omnes Stobaei definitiones unius veteris philosophi sint, statim veritatis species adimatur, iam accedit quod utramque infringat. Nullum enim habemus neque testimonium neque indicium quo probemus priores philosophos non modo quattuor virtutes generales,

sed etiam ceteras sua quamque definitione instruxisse. Quae de eorum partitione et definitione virtutum comperimus, omnia ad quattuor illas spectant. Maximi autem momenti est quod in omnibus Stobaei definitionibus et apud ipsum solum et apud alios simul frequentibus vestigia inveniuntur prorsus similia eis ex quibus tres Ps. Andronici definitiones Chrysippeas esse supra collegimus. Nam hoc uno loco extant verba *αἰδημοσύνη, ἀνταναιρετική*, et hic et apud Ps. Andronicum *εὐσυγαλλαξία*, praeter hunc locum in codice Parisino *συγκεφαλαιωτική*<sup>1)</sup>. Quocirea ne hic quidem ullus alijs agnosci potest auctor praeter Chrysippum. Hoc unum reliquum est ut explicemus, quo pacto liceat duas definitiones inter se discrepantes, velut *εὐφυχίας, εὐταξίας*, quales apud Ps. Andronicum, quales apud Stobaeum extant, eidem tribuere philosopho. Sed ne haec quidem difficultas difficile est expeditu. Nam quod vituperat Galenus<sup>2)</sup> Chrysippum, qui adeo sit loquax, ut non bis terve, sed quater vel quinques de eadem re disserat, nonne prona est suspicio eum eandem virtutem plus quam semel definivisse? Atque illustribus exemplis hanc suspicionem confirmare possumus. Cicero enim duas eiusdem virtutis definitiones Chrysippeas affert in Tusc. IV c. 24, ubi dicit: «quo modo igitur Chrysippus? Fortitudo est, inquit, scientia rerum preferendarum vel affectio animi in patiendo ac preferendo summae legi parens sine timore.» Etiam quo loco apud Stobaeum (II 188, p. 95. 14-18 W.) varia ratione *χρηματιστική* definitur, Chrysippi doctrina expressa esse mihi videtur. Omnino quod dicitur *οἰκονομικήν* et *χρηματιστικήν* in solo sapiente inveniri, consentit cum alio Stobaei loco sine dubio Chrysippeo II 200 (p. 100. 2-6 W.). Ibi enim paulo ante et ipsius Chrysippi nomen affertur et de Ζήγωνι καὶ ταῖς ἀπ' αὐτοῦ Στωικοῖς sermo est, deinde Chrysippus proditur verbis καὶ τὸν μὲν σπουδαῖον ταῖς περὶ τὸν βίον ἐμπειρίας χρώμενον . . . πάντ' εὖ ποιεῖν, denique idem apertissime cognoscitur ex etymologiae artificiis, quibus cur tot nominibus virtus appelletur exponitur<sup>3)</sup>.

<sup>1)</sup> nam sic cum cod. D scribendum esse pro inepto μὴ οὐφαλαιωτική iam vedit O. Heine 'Stobaei ecl. loci nonnulli ad Stoic. philos. pertinentes emendantur' progr. Hirschb. 1869. p. 6. 7.

<sup>2)</sup> Gal. I. I. V 214 fin. K. Χρυσίππῳ μὲν γάρ καὶ τοῦτο φίλον οὐ δἰς θῆτρίς, ἀλλά καὶ τετράκις, ἐνίστε καὶ πεντάκις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐν διαφέρονταις πραγματίαις διέρχεσθαι.

<sup>3)</sup> Τὴν δὲ ἀρετὴν πολλοῖς ὄνόμασι προσαγορεύουσιν. Ἀγαθὸν τε γάρ

Iam vero quod hoc loco breviter tangitur, altero (II 188) fusiū exponit recurrente etiam ἐμπειρίας vocabulo. Quare haud dubitanter agnoscemus Chrysippum. Cuius definitiones attendas satisne explicent discrepantiam quae inter Stobaeum et Ps. Andronicum intercedit. Legimus enim (II 188, p. 95. 14 sqq. W.) τὴν δὲ χρηματιστικὴν ἐμπειρίαν περιποιήσεως χρημάτων ἀφειδῶς καὶ ἔξιν δημολογουμένως ἀναστρέψεθαι ποιοῦσαν ἐν συναγωγῇ χρημάτων καὶ τηρήσει καὶ ἀναλώσει πρὸς εὐπορίαν... Μόγον δὲ τὸν σπουδαῖον ἄνδρα χρηματιστικὸν εἶναι γιγνώσκοντα ἀφ' ὧν χρηματιστέον καὶ πότε καὶ πῶς παὶ μέχρι πάτε. Hic igitur Chrysippi erat definiendi mos, ut una non contentus explicatione pluribus enuntiatis diverse conformatis diversisque vocibus inductis rem exponeret. Ita prima χρηματιστικῆς definitio inducitur notione ἐμπειρίας, altera ἔξεως vocabulo, tertia is describitur qui χρηματιστικὴ habeat. Quae ultima definitio ita formata est, ut facillime ἐπιστήμης vox possit inferri, cuius usus latissime patet apud Stobaeum. Ita vero si legimus ἐπιστήμη ἀφ' ὧν χρηματιστέον καὶ πότε καὶ πῶς καὶ μέχρι πάτε, huic simillima est Stobaei εὐταξίας definitio: ἐπιστήμη τοῦ πότε πρακτέον καὶ τί μετὰ τί, καὶ καθόλου τῆς τάξεως τῶν πρᾶξεων. Qua de causa spero fore, quin eiusdem Chrysippi haec sit definitio et Ps. Andronici illa ἐμπειρία καταχωρισμοῦ dicta, ut nemo iam dubitet.

Ad unam autem omnes virtutes apud Stobaeum dici ἐπιστήμας eo explicandum est, quod qui hanc collectionem instituit ἐπιστήμης voce definitis favit, quin ipse, ut videtur, ubi ἔξις, ἐμπειρία, alia legebantur, illud vocabulum collocavit.

Itaque Chrysippo tribuimus omnes virtutum definitiones quae apud Stobaeum II 106—108 (p. 60. 24—62. 6 W.) extant, neque iam mirabimur quod permultae aliter sunt formatae atque quae apud Ps. Andronicum leguntur Chrysippeae.

Atque si ad Andronicū transferimus quae apud Stobaeum eruimus, multa iam certo auctori tribuere possumus. Elucet enim εὐθυνλίας, ἀγχιγοίας, μεγαλοψυχίας, καρτερίας, κοσμιότητος, χρηστότητος, εὐσεβείας definitiones, quamquam praeter unam εὐσεβείας in minutiis discrepantes, tamen tam prope omnes accedere ad Stobaeum, ut Chrysippo sine dubio sint addicenda. Quibus si addi-  
λέγουσιν αὐτὴν... καὶ ἐπαινετόν, εὐλόγως γάρ ἂν τις αὐτὴν ἐπαινοίη· καὶ καλόν, διτι πρὸς ἑαυτὴν καλεῖν πέψυκε τοὺς δρεγομένους αὐτῆς· καὶ συμφέρον, φέρειν γάρ τοιαῦτα ἢ συντείνει πρὸς τὸ εὖ ζῆν κτλ.

mus εὐψυχίαν, εὐταξίαν, εὐτέλειαν, appareat tam late patere illius doctrinam, ut propensi simus ad ceteras quaecumque eandem *prae* se ferunt speciem eidem adscribendas. Atque quae restant iam perlustrantur.

*Λήματος* vox praeter Herodotum inter veteriores scriptores apud solos poetas invenitur, Pindarum, Aeschylum, Sophoclem, Euripidem. Quare quod omnino in philosophia tractatur prodit Chrysippum, qui praecepit a poetis exempla sua petivit<sup>1)</sup>. Referti enim erant eius libri, ut Galenus<sup>2)</sup> narrat, poetarum versibus, atque in uno universam fere Euripidis Medeam exscriperat, ita ut ipsa commentatio philosopha Medea vulgo appellaretur<sup>3)</sup>. Qui adeo in poetis erat versatus, eum virtutum nomina apud illos tantum inventa recepisse in oculos incurrit, praesertim cum Plutarchus affirmet Chrysippum studiosum fuisse quam plurimarum virtutum statuendarum<sup>4)</sup>.

Similiter se habet vox ἀρρενότητος, quae cum ne apud poetas quidem occurrat, eodem modo quo καλότης, ἐσθλότης, χαριεντότης a Chrysippo videtur esse ficta. Et cum etiam structura definitionis congruat cum vere Chrysippeis, et λήματος et ἀρρενότητος definitiones Chrysippo tribuemus.

*Μεγαλοπρεπείας* definitio prorsus eodem modo comparata apud Anonymum Heinsianum legitur inter definitiones quae omnes sunt Chrysippi (cf. pag. 40); quare ipsa eiusdem auctoris est habenda.

*Ἀνδραγαθίας* contra nulla apud quemquam alium philosophum definitio descriptive invenitur. Abhorret etiam a ceteris hic congestis eo quod neque ἐπιστήμη neque ἔξις neque εὐτονία neque ἐμπειρία dicta est. Atque quamquam ex Chrysippi consuetudine per etymologiam explicatur ἀνδρὸς ἀρετῆς, tamen quae ceterarum virtutum ἀνδρείᾳ subiunctarum cuique quodam modo inest notio ἐπιστήμης δεινῶν καὶ οὐ δεινῶν vel ὑπομενητῶν prorsus distat ab hac ἀνδραγαθίᾳ definitione ad δικαιοσύνην potius spectante. Qua de causa Chrysippo eam tribuere non audeo.

*Ἄστηρίας* definitionem Chrysippeam esse censeo, quia toto quo apud Stobaeum extat loco Chrysippi doctrinam cognoscere mihi videor. Tota enim σπουδαῖων καὶ φαύλων descriptione, quae inde a II 198 (p. 99. 3 W.) uno tenore usque ad II 242 (p. 116. 10 W.)

<sup>1)</sup> Diodorus sane, Dionysius Hal., Appianus, Lucianus, recentiores omnes illam vocem usurpabant, sed hi omnes Chrysippum aetate sunt secuti. <sup>2)</sup> Galen. V p. 213 fin. <sup>3)</sup> Laert. Diog. VII 180. <sup>4)</sup> cf. supra p. 44. 4.

deducitur, Chrysippi doctrinam exprimi ex multis emergit. De initio iam supra dictum est (cf. pag. 48). Ibi enim sine dubio nobis res est cum Chrysippo, quia et ipsius nomen affertur et ὁ σπουδαῖος dicitur ταῖς περὶ τὸν βίον ἐμπειρίαις χρώμενος et voces καλόν, συμφέρον κτλ. miris etymologiae artificiis explicantur. Similia autem Chrysippique propria per totam expositionem recurrunt, velut II 206 (p. 102. 22 W.) ταῖς περὶ τὸν βίον ἐμπειρίαις χρώμενος συνεχῶς dicitur ὁ νοῦν ἔχων, II 220 (p. 107. 20 W.) ex Chrysippi more a poeta quodam petitur exemplum, II 222 (p. 108. 27 sq. W.) eadem extat βασιλείας definitio: τὴν γὰρ βασιλείαν ἀρχὴν ἀνυπεύθυνον εἶναι, quam Laertius Diogenes (VII 122) expressis verbis tribuit Chrysippo; paucis versibus post legimus οὐχ οἷόν τε δὲ μεθυσθήσεσθαι τὸν νοῦν ἔχοντα· τὴν γὰρ μέθην ἀμαρτητικὸν περιέχειν, quod Chrysippum docuisse iterum certissime demonstrat Laertius Diogenes<sup>1)</sup>; in fine denique et quod ἡσυχιότης inter virtutes recepta est prodit Chrysippum versusque prolati Hesiodei.

Atque in hac particula legitur II 238: αὐστηρόν τε λέγεσθαι τὸν σπουδαῖον καθ' ὅσον οὔτε προσφέρει τινὶ οὔτε προσίσται τὸν πρὸς χάριν λόγον, quae verba certe adeo sunt simillima Andronici definitioni, ut alias auctoris haberi nequeant.

Ἐγκρατείας definitio ἔξις ἀγήτητος ὑφ' ἥδονῆς cum apud Laertium Diogenem inter meras Chrysippi definitiones (μεγαλοψυχίας, καρτερίας, ἀγχινοίας, ἐνθουλίας) occurrat, eidem ipsa erit tribuenda. Duas igitur habemus Chrysippi definitiones huius virtutis, alteram hanc, alteram quam apud Stobaeum legimus: ἐπιστήμη ἀνυπέρβλητος τῶν κατὰ τὸν ὄρθὸν λόγον φανέντων. Sed apud Stobaeum non tam accurate haec Chrysippi definitio tradita mihi videtur quam apud ceteros scriptores: Sextum, Clementem, Laertium, Suidam, qui omnes pro ἐπιστήμῃ scribunt διάθεσις, et ἀνυπέρβλητος pro ἀνυπέρβλητος. Nam primum ἀνυπέρβλητος librario solum deberi patet qui ἀνυπέρβλητος verbum exquisitus et rarius cum longe frequentissimo commutaverit. Verbum ἐπιστήμη autem, quod apud unum Stobaeum in hac definitione legitur, ab eo mihi videtur esse inlatum qui illas Stobaei definitiones colligit, scilicet qui enchiridion ab Ario Didymo adhibitum confecit.

<sup>1)</sup> Laert. Diog. VII 127 ὁ μὲν (int. Χρύσιππος τὴν ἀρετὴν φησιν) ἀποβλητὴν διὰ μέθην καὶ μελαγχολίαν. cf. Stob. floril. I 18.24 (pag. 294 Mein.) Χρυσίππου. Μικράν φασι μανίαν εἶναι τὴν μέθην.

Sed tamen quaeritur qui Chrysippus hanc virtutem dixerit διάθεσιν. Videtur iam a prioribus Stoicis generalis virtutis notio definita esse διάθεσις, nam initio eius Stobaei particulæ qua Chrysippeæ definitiones continentur (II 104) legimus: τὴν ἀρετὴν διάθεσιν εἶναι φασὶ ψυχῆς σύμφωνον αὐτῇ περὶ ὅλον τὸν βίον, quae verba eadem inveniuntur apud Clementem Alexandrinum<sup>1)</sup>. Atque similiter Laertius Diogenes in particula quae sine dubio priorum Stoicorum doctrinam exhibit (VII 89)<sup>2)</sup> tradit τὴν τ' ἀρετὴν διάθεσιν εἶναι ὁμολογουμένην. Sed quoniam singularum virtutum definitiones, quotquot servatae sunt, praeter unam ἐγκρατείας vocem διαθέσεως exhibit nullae, nemo Stoicorum hoc vocabulum eadem ratione videtur adhibuisse qua sive ἐπιστήμην sive ἔξιν quamque definiebant virtutem.

Quare Chrysippus, ut aliis locis unam alteramve virtutem melius sibi videbatur definire, si pro vulgari ἔξεως vocabulo εὐτονίας vel ἐμπειρίας notionem ei subiceret, ita ἐγκράτειαν præ ceteris διάθεσιν appellavit. Quod quo iure fecerit ut intellegamus, conferamus necesse est praecaram διαθέσεως explicationem quam Simplicius dedit in Aristot. Cat. 70<sup>b</sup> 38, ubi dicit: οὐτωσὶ δὲ καὶ τὰς ἀρετὰς διαθέσεις εἶναι οὐ κατὰ τὸ μόνιμον ἴδιωμα, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνεπίτατον καὶ ἀνεπίδεκτον τοῦ μᾶλλον . . . καὶ γὰρ τὰς μὲν ἔξεις ἐπιτείνεσθαι φασι (int. οἱ Στωικοὶ) δύνασθαι, καὶ τὴν εὐθύτητα τῆς ῥάβδου, καὶ εὐμετάβολος ἢ δυναμένη κάμπεσθαι, διάθεσιν εἶναι φασιν· μὴ γὰρ ἀνεθῆναι ἢ ἐπιταθῆναι τὴν εὐθύτητα μῆτε ἔχειν τὸ μᾶλλον ἢ ἡττον, διόπερ εἶναι διάθεσιν.

Hoc igitur interest inter ἔξιν et διάθεσιν, ut illa crescere possit, haec perinde ac virga neque intenta sit neque augeatur. Quare tranquillitas quaedam est animi, cuius notio optime quadrat in

<sup>1)</sup> Clem. Alexdr. Paed. I 13 (pag. 59 Sylb.) ἡ ἀρετὴ αὐτῇ διάθεσίς ἔστι ψυχῆς σύμφωνος ὑπὸ τοῦ λόγου περὶ ὅλον τὸν βίον.

<sup>2)</sup> nam in proxime antecedentibus citantur Chrysippus, Cleanthes, sequentia autem verba διαστρέψεσθαι δὲ τὸ λογικὸν ζῶόν ποτε μὲν διὰ τὰς τῶν ἔξωθεν πραγματειῶν πιθανότητας, πότε δὲ διὰ τὴν κατήγησιν τῶν συνόντων ἐπεὶ ἡ φύσις ἀφορμὰς διδωσιν ἀδιαστρέψους prorsus congruunt cum Chrysippi doctrina vel ipsis verbis a Galeno allatis pag. 462: (Χρύσιππος λέγει) διττὴν γὰρ εἶναι τῆς διαστροφῆς τὴν αἵτιαν, ἐτέραν μὲν ἐκ κατηγήσεως τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἐγγινομένην, ἐτέραν δὲ ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως, et 463: ἐπειδὴν γὰρ λέγη (ὁ Χρύσιππος) τὰς περὶ ἀγαθῶν ἐγγίνεσθαι τοῖς φαύλοις διαστροφὰς διά τε τὴν πιθανότητα τῶν φαντασιῶν καὶ τὴν κατήγησιν, ἐρωτηηέσον κτλ.

illam virtutis definitionem ἀρετὴ διάθεσις ψυχῆς σύμφωνος αὐτῇ sive διάθεσις ὁμολογουμένη, quae ipsa arte cohaeret cum εὐδαιμονίᾳ definitione. Nam secundum virtutem si vivimus, ait Zeno, asse-  
quimur τὸ τέλος<sup>1)</sup> consistens in beate vivendo, id est εὐδαιμονίᾳ<sup>2)</sup>, quam ipsam definiunt εὔροιαν βίου<sup>3)</sup>. Beatitudo igitur prorsus de-  
pendet a virtute, ideo τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη εἶναι πρὸς εὐδαιμονίαν Stoici dicunt<sup>4)</sup>. Sequitur ut eadem res quae beatitudinem expletant, necessario etiam insint in virtute. Quodsi beatitudo habetur εὔροια βίου, scilicet vita quae perinde atque aqua neque impedita neque agitata defluat, virtus quoque tranquillitate praedita sit oportet intraque certos fines se contineat. Quae cur διάθεσις dicta sit, id est status animi qui neque intendi neque augeri possit, iam intellegimus.

Atque ad hanc animi tranquillitatem significandam notio δια-  
θέσεως adhibita est in ἐγκρατείᾳ definitione. Proprium enim est  
huius virtutis neque agitari rebus externis affectus animo hominum  
incidentibus, neque omnino modum a recta ratione praescriptum  
excedere. Hac igitur definitione usus quietum animi statum latius  
patentem, qui insit in ἐγκρατείᾳ, designavit Chrysippus, altera (ἔξις  
ἀνττητος ὥρ' ἡδονῆς) robur eius ad libidines reprimendas valens  
notavit.

Eidem Chrysippo tribuenda est λιτότητος definitio, quae quam-  
quam non tam breviter, at similibus verbis describitur a Clemente  
quo loco cum ipso usu vocis ἵκανότητος tum qua ratione per ety-  
mologiam illa explicatur (cf. tab.) Chrysippi doctrina proditur.

Αὐτάρκείᾳ definitionem, ut extat apud Ps. Andronicum: ἔξις  
ἀρκουμένη οἵς δεῖ καὶ διὰ ταύτης ὄριστική τὰ πρὸς τὸ ζῆν παθήκοντα,  
corruptam esse eluet. Egregie corrigitur verbis Clementis (Paed.  
II 12 [p. 91 Sylb.] cf. tab.) quae scribendum docent: καὶ δι' αὐτῆς

<sup>1)</sup> Laert. Diog. VII 87 διόπερ πρώτος ὁ Ζήνων ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου φύσεως τέλος εἶπε τὸ ὁμολογουμένως τῷ φύσει ζῆν, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀρετὴν ζῆν. ἦγει γάρ πρὸς ταύτην ἡ φύσις.

<sup>2)</sup> Stob. II 138 (p. 77.16 W.) τέλος δέ φασιν εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν.

<sup>3)</sup> ibid. τὴν δὲ εὐδαιμονίαν ὁ Ζήνων ὠρίσατο τὸν τρόπον τοῦτον εὐδαιμονία δὲ ἐστιν εὔροια βίου.

<sup>4)</sup> Laert. Diog. VII 127 αὐτάρκη τ' εἶναι αὐτὴν πρὸς εὐδαιμονίαν, καθά φησι Ζήνων καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀρετῶν καὶ Ἐκάτων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἀγαθῶν.

ποριστικὴ τῶν πρὸς τὸ ζῆν καθηκόντων. Unum quo discrepat Clemens, quod dicit τῶν πρὸς τὸν μακάριον συντελούντων βίον, christianae sane est doctrinae. In hac quidem definitione nihil inest quo certe ad Chrysippum adducamur, sed in tanta multitudine ac similitudine Chrysipppearum definitionum si invenitur quae prorsus eadem ratione sit formata, hoc sufficere videtur ad eandem originem statuendam.

Ἐλευθεριότητος definitio manifestius auctorem suum indicat. Locutio enim ὄμοιογουμένως ἀναστρέψεσθαι παρεχομένη non tam vulgaris, ut a quovis sit adhibita, prorsus respondet Chrysippi verbis quibus χρηματιστικὴν definivit (Stob. II 180 sq., cf. supra p. 49) ὄμοιογουμένως ἀναστρέψεσθαι ποιοῦσα.

Eodem ex loco εὐχαριστίας definitioni lux affulget, nam et χρηματιστικής descriptione et εὐταξίας item Chrysippea (Stob. II 106, cf. tab.) demonstratur Chrysippi fuisse hic mos, ut virtutem aliquam definiret ἐπιστήμην τοῦ τίσι καὶ πότε καὶ πῶς κτλ. aliquid faciendum esset.

Quae antecedit εὐγνωμοσύνης definitio non eo solum a ceteris omnibus discrepat, quod neque ἐπιστήμη neque ἔξις neque ἐμπειρία neque εὐτονία dicitur, sed singulari etiam exilitate est atque ieunitate, ita ut a Chrysippo eam confectam esse negem.

Οσιότητος definitionis ἐπιστήμη παρεχομένη πιστὸς καὶ τηροῦντας τὰ πρὸς τὸ θεῖον δίκαια forma simillima est ei quam Chrysippo tribuimus λῆμα δὲ ἔξις προχείρους παρεχομένη πρὸς τὸ ἐπιχειρεῖν τε οἷς χρὴ κτλ. (cf. etiam ἐλευθεριότητος defin.). Sed non minus re quam forma spectat ad Chrysippum. Nam apud Stobaeum (II 124) Chrysippi εὐτεβείας definitionem tractatam proxime insequuntur verba τὴν γάρ οσιότητα ὑπογράφεσθαι δίκαιοσύνην πρὸς θεός· τοὺς δὲ φαύλους παρεκβαίνειν πολλὰ τὸ πρὸς θεός δίκαιον, παρ' ὃ καὶ ἀνοσίους εἶναι.

In εὐσυγαλλαξίας definitione haec ipsa vox, quae praeter Ps. Andronicum et Stobaeum a nullo traditur, Chrysippeam prae se fert originem. Praeterea haec definitio admodum concinit cum Stobaei εὐσυγαλλαξίας definitione Chrysippo iam tributa. In utraque enim etymon vocis definienda, modo συναλλαγὴ modo συναλλάττειν, ad illam explicandam est adhibitum.

Etiam προνοίας definitionem, quam si primo loco tractavissemus, ad certum auctorem vix poteramus revoçare, perspecta iam Chrysippi definiendi consuetudine ex eius officina profectam esse intellegimus.

Restant imprimis virtutes ipsa nominis forma dissonae ab eis quas adhuc tractavimus: βασιλική, στρατηγική, πολιτική, οἰκονομική, διαιλεκτική, ὥρτορική, φυσική, δικαστική, νομοθετική. Quae a quoniam definitae sint iam indagemus.

Βασιλική definitionem facile cognoscimus esse Chrysippi. Addito enim dilecto illo verbo ἐμπειρία definitio apertissime ducta apparet ex doctrina eius qui τὴν βασιλείαν ἀρχὴν ἄνωπενθυον εἶναι dixit (cf. Laert., Stob. in tab. s. v. βασιλική).

Sequentium simillimae sunt inter se definitiones στρατηγικῆς, πολιτικῆς, οἰκονομικῆς, quarum cum prima apud ipsum Ps. Andronicum, tertia apud Stobaeum II 188 (cf. tab.) dicatur ἔξις θεωρητική καὶ πρακτική, in Ps. Andronici et πολιτικῆς et οἰκονομικῆς definitionibus librarii culpa verbum πρακτική excidisse ratus restitui ἔξις θεωρητική καὶ πρακτική. Primo obtutu has definitiones a posteriore quoquam Panaetium Posidonium secuto confectas esse censueris, quia duas quae statuuntur facultates θεωρητική καὶ πρακτική ad Peripateticorum doctrinam pertinere videntur, quam amplexus Panaetius virtutem in has duas partes divisit. At eadem οἰκονομικῆς definitio apud Stobaeum II 188 (p. 95. 11 sq. W.) legitur arte coniuncta cum χρηματιστικῆς descriptione, quam Chrysippo supra tribuimus. Neque est quo suspicemur posteriorum doctrinam hoc Stobaei loco atque hac in definitione immixtam esse Chrysippae. Id ne contendamus, similis facit μαντικῆς definitio, quam Chrysippo Cicero tribuit haec verba faciens (de divin. II 63. 130.): «Chrysippus quidem divinationem definit his verbis: vim cognoscentem et videntem et explicantem signa quae a dis hominibus portendantur». Haec igitur est ἔξις διαγνωστική καὶ ἔξηγητική τῶν ὑπὸ θεῶν ἀνθρώποις διδομένων σημείων, qua definitione complectuntur Stobaei verba ἐπιστήμη διαγνωστική (cf. tab. s. v. μαντική) et Sexti ἐπιστήμη θεωρητική καὶ ἔξηγητική (IX 132 cf. tab.). Huic autem animi facultati si et perspiciendi et adhibendi vi opus esse dixit Chrysippus, non est quod negemus eum ad στρατηγικήν, πολιτικήν, οἰκονομικήν explendas eadem utraque postulasse.

Ab his quodam modo abhorrentes inter se simillimae sunt διαιλεκτικῆς, ὥρτορικῆς, φυσικῆς definitiones in quibus ἐπιστήμης notio adhibita est.

Διαιλεκτική apud unum Laert. Diog. VII 42 (cf. tab.) similibus verbis sed pluribus explicatur, ceteroquin definitur ἐπιστήμη ἀληθῶν

καὶ φευδῶν καὶ οὐδετέρων, quae usitator Stoicorum definitio videtur fuisse. Nam quod Laert. Diog. II 62 ad eam addit ὡς φησι Ποσειδώνιος non demonstrat Posidonium primum eam confecisse. Etenim etiam ad definitionem τὴν λόπην ἄλογον εἶναι συστολὴν τῆς ψυχῆς quae usque ad Zenonem originem refert, adiungit verba: ὡς Ἀπολλόδωρός φησιν ἐν τῇ ἡθικῇ. Eum igitur scriptorem citat Diogenes ex cuius libris ipse definitiones hausit.

Ρητορικὴ δὲ ἐπιστήμη τοῦ εὗ λέγειν apud eundem legitur Sextum (πρὸς ῥήτορας 6, cf. tab.), qui et a Stoicis et a Xenocrate ita dictum esse tradit.

De physica Cicero (de fin. III 21. 72) dicit: «Ad easque virtutes de quibus disputatum est, dialecticam etiam adiungunt et physicam, easque ambas virtutum nomine appellant, alteram quod habeat rationem ne cui falso assentiamur neve unquam captiosa probabilitate fallamur . . . . Physicae quoque non sine causa tributus idem est honos, propterea quod qui convenienter naturae victurus est, ei proficiscendum est ab omni mundo atque ab eius procuratione» etc.

Quare δικαστικής, ῥητορικής, φυσικῆς quoque definitiones non habemus quo Stoicis vel ipso Chrysippo abiudicemus.

Δικαστικὴ et νομοθετικὴ a Stoicis tractatas esse appetet ex Clementis verbis (cf. tab.), qui demonstraturus Mosen etiam ex Graecorum sententia sapientem dici debere δικαστικήν, νομοθετικήν, βασιλικήν, omnia quae ad sapientiam explendam necessaria dicentur, in eo coniuncta fuisse ostendit. Atque eodem modo quo apud Clementem cum δικαστικὴ conexa dicitur κολαστική, apud Ps. Andronicum ipsa δικαστικὴ est ἐπιστήμη κολάσεων. Quare quamquam Andronici δικαστικῆς definitio simplicius conformata est quam ceterae neque apud Clementem νομοθετικῆς definitio affertur, tamen neutra habet quo a Chrysippo abiudicetur.

Sed tamen hae animi facultates num ab ipso Chrysippo in virtutibus numeratae sint, difficile est diiudicatu. Mirum sane est quod nulla earum inter Stobaei virtutum definitiones occurrit, sed βασιλική, στρατηγική, οἰκονομική, πολιτική postea ubi σπουδαῖοι καὶ φαῦλοι describuntur dispersim commemorantur.

Quamobrem dixerit quispiam Chrysippum non inculcasse harum quamque ad bonos homines pertinere, si eas numerasset in virtutibus per se coniunctis in sapiente; itaque in ἐπιτηδευμάτων numero eas

potius esse habitas. At quae apud Stobaeum II 128 (p. 73.10 sq. W.) appellantur ἐπιτηδεύματα: φιλομουσία, φιλογραμματία, φιλογεωμετρία atque II 120 (p. 67.5 sq. W.): φιλιππία, φιλοκυνήγια alieni, opinor, generis sunt atque βασιλική κτλ.<sup>1)</sup>, nec neglegendum est, ubi enarratur quid proprium sit sapientis, non illas modo facultates, sed interdum etiam ipsas virtutes afferri, velut legitur apud Stobaeum II 200 (p. 100. 2-6 W.): εὐδαιμόνιον δ' ἔστι μάλιστα (ό σπουδαῖος) καὶ εὐτυχία . . . καὶ εὐσεβία . . . βασιλικός τε καὶ στρατηγικός κτλ. Accedit quod si hasce appellemus ἐπιτηδεύματα, ne αὐστηρία quidem inter virtutes sit referenda, quippe quae item non nisi in σπουδαίων καὶ φιλών expositione describatur. Itaque unum illud quod scrupulum nobis movit, scilicet quod inter Stobaei virtutum definitiones Ps. Andronici βασιλική, στρατηγική κτλ. sint omissae, tenuitati potius vitio vertamus Didymi collectionis, in qua omnino multo pauciora extant quam apud Ps. Andronicum.

Ex iis quae adhuc disputavimus apparet perpaucas definitiones a Chrysippi doctrina abhorrere, ita ut quaeratur, num iure hae in tanta mole Chrysipppearum extent. Atque si codicem optimum consulimus, videmus omnibus quae eius auctoritate expunctae sunt definitionibus aut alienam exprimi doctrinam aut moleste iterari genuina verba. Itaque cum ex discrepancia inter codicem C et deterioriores libros intercedente didicerimus, qua ratione interpolatio omnino in libello grassata sit, intellegemus quatenus in ipsum codicem optimum illa patescat.

Ante virtutum generalium definitiones qui insertus est ὄρος ἀρετῆς (cf. pag. 19. 6-9.): Ἀρετή ἔστιν ἔξις ἐν μεσότητι θεωρουμένῃ κτλ. meram Aristotelis doctrinam reddit. Simillime enim in Eth. Nic. (1106<sup>b</sup> 36) legitur: ἔστιν ἄρα ή ἀρετὴ ἔξις προαιρετική ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἴμαξι δρισμένῃ λόγῳ καὶ ως ἀν δρόνιψις δρίσειν. 1106<sup>b</sup> 16 λέγω δὲ τὴν ἡθικήν αὕτη γάρ ἔστι περὶ πάθη καὶ πράξεις.

Prorsus eandem originem produnt quae ad πραστήτα adscripta sunt (p. 22.2 sq.) ή μεσότης περὶ ὄργας· ής ή μὲν κτλ., quibuscum conferas Eth. Nic. 1125<sup>b</sup> 26 πραστής δέ ἔστι μὲν μεσότης περὶ ὄργας. 1125<sup>b</sup> 29 ή δ' ὑπερβολὴ ὄργιλότης τις λέγοιτ' ἄν. 1126<sup>a</sup> 3 ή δ' ἔλλειψις εἴτ' ἀογρησία τις ἔστιν εἴθε δ τι δή ποτε

<sup>1)</sup> Quod apud Stob. II 100 (p. 71.3 W.) μαντική dicitur ἐπιτηδεύματα non ex Chrysippi doctrina videtur esse allatum, nam hoc loco sola ἐπιτηδεύματα dicuntur ἔξις, virtutes διαθέσεις. Sed etiam corruptus videtur esse locus.

φέγεται· οἱ γάρ μὴ ὄργιζόμενοι ἐφ' οἷς δεῖ γλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι.  
1126<sup>a</sup> 18 ὑπερβολῇ δὲ εἰσὶν οἱ ἀκρόχοι· οἱ δὲ εἰς καὶ πρὸς πᾶν ὄργιλος  
καὶ ἐπὶ παντὶ.

Ad φρόνησιν duae novae additae sunt definitiones, quarum altera  
ἡ τῶν πρακτῶν ὄρθη καὶ ἀληθῆς καὶ μετ' αἰτίας θεωρία ex Panaetii  
doctrina desumpta esse mihi videtur. Is enim unam φρόνησιν dixit  
esse θεωρητικὴν vel θεωρίαν, perspicientem quid ceteris tribus virtutibus  
perficiendum esset, ut quae ad veritatem maxime et ad  
rerum causas spectet; id quod apparet ex Ciceronis de off. II c. 5  
(cf. tab.). Ciceronem enim in libris de officiis, praecipue in prioribus  
duobus, ita Panaetii vestigia pressit<sup>1)</sup>, ut haud dubitanter ex illius  
scripto huius doctrinam colligere possimus<sup>2)</sup>.

Altera quae accessit definitio ἡ φρόνησίς ἔστιν ἀρετὴ τοῦ λογι-  
στικοῦ περὶ τὰ αἱρετὰ καὶ φευκτὰ καὶ τὴν κρίσιν τῶν κειρόνων ἡ βελ-  
τιόνων ex ipsis huius libelli doctrina Peripatetica (cf. p. 20. 16,  
21. 14) ni fallor est descripta.

De definitionibus κατὰ Χρύσιππον inscriptis, quae non minus  
in interpolationibus numerandae sunt, non est cur iterum disseram.

Ceterarum haud paucae desumptae sunt ex ὄροις Πλάτωνος.  
Quos ὄρους a Platone conscriptos esse si statuamus, eodem iure  
contendi possit Ovidium ipsum memoriales suos collegisse versus  
qui a parvulis gymnasiorum nostrorum discipulis ediscuntur. Sed  
ne pura quidem Platonis doctrina in iis expressa est, immo cum  
ad Peripateticos tum ad Stoicos permulta pertinent (cf. in tab. φρον.  
δικαιοσ. εὐεξεβ. defin.). Quocirca posteriore aetate ab eclectico quo-  
quam philosopho compositi sunt neque adhiberi possunt ad certae  
philosophorum sectae doctrinam demonstrandam.

Ad hos igitur ὄρους pertinent verba ad ἀγχινοίας definitionem  
adscripta καὶ καταστοχαζομένη τοῦ δέοντος (cf. tab.), deinde quibus  
προνοίας definitio amplificata est verba ἡ παρασκευαστικὴ τοῦ δέοντος,  
nec non quae ad διαιτητα addita sunt ἡ ὄρθη ἐπιστήμη περὶ θεοῦ  
τιμῆς ἡ αὐτὴ δὲ καὶ δικαιοσύνη λέγεται, quae quidem non abhorrent  
a Stoicorum vel ipsius Chrysippi doctrina (cf. Stob. II 124, p. 68. 9  
W., tab.), propius tamen accedunt ad ὄρους Πλάτωνος haec ex-

<sup>1)</sup> cf. Gell. Noct. Att. XIII 28. Legebatur Panaetii philosophi liber de  
officiis secundus ex tribus illis inclitis libris quos M. Tullius magno cum  
studio maximoque opere aemulatus est.

<sup>2)</sup> cf. O. Heinii praefat. in Cic. de off.

hibentes (413): εὐσέβεια δὲ δικαιοσύνη περὶ θεούς . . . ἐπιστήμη τῆς περὶ θεοῦ τιμῆς.

Etiam καρτερίας definitio, qualis in deterioribus libris legitur ὑπομονὴ λύπης ἢ πόνων ἐνεκα τοῦ καλοῦ, desumpta est ex ὅροις (cf. tab.). Genuina verba, quae illis plane expulsa erant, restituere contigit egregio codicis C auxilio.

Κοσμιότητος definitionem perperam intellexit interpolator, cum κινήσεις καὶ σχέσεις, quae de animo intellegenda sunt, ad corpus referens non solum σχέσει mutaret in σχήματι, sed, ne dubitaretur quid sibi vellet, adderet etiam σώματος. Deinde ὅρους secutus apposuit: εὐταξία περὶ σχῆμα καὶ κινήσιν σώματος (cf. tab.).

Ad αὐστηρίας definitionem quae addita sunt verba ἡ ἔξις ψυχῆς μὴ ἀνεχομένη ὄμιλίαν φαύλων ἥδονῶν μηδὲ λόγων non tam aliunde petita quam ab ipsa genuina definitione, qua paulo uberioribus verbis idem dicitur, originem ducere videntur.

Restant nonnullae quarum condiciones sunt incertae, interpolationis tamen speciem aperte prae se ferentes, velut πραγματικὴ atque ἡθικὴ, quae neque apud Academicos neque apud Peripateticos neque apud Stoicos inter virtutes inveniuntur. Fortasse ad exemplum definitionum διαλεκτικῆς, ῥητορικῆς, φυσικῆς ab interpolatore factae sunt.

Similiter se habent verba ἵδιον δὲ δικαιοσύνης ἐστὶ τὸ ἐκεῖνα νέμειν κτλ. (p. 25.5 sq.) et πίστεως definitio (p. 26.9 sq.) utraque ad Ps. Aristotelica enuntiata addita. Illa enim post brevem virtutis generalis definitionem inserta sunt quo loco aut secundarias virtutes subiungere aut pleniorum definitionem statim adnectere solet Ps. Andronicus. Accuratus autem interpolator explicare voluit illud κατ' ἀξίαν, sed utrum ipsi haec explicatio in mentem venerit an aliunde sit petita nescio.

Πίστεως definitio inepte adiecta est virtutibus ab Aristotele δικαιοσύνῃ subiunctis. Distat autem a Peripateticorum doctrina propter vocem συγκαταθέσεως, ita ut ad Stoicos spectare videatur.

